




N<sup>o</sup> 3

*mu*

BIBLIOTECA HOS <sup>ta</sup>	REAL
GRAN	
Sala: <u>A</u>	
Estante: <u>029</u>	
Numero: <u>394</u>	



5

825E

XVII

N<sup>o</sup> 3

*mu*

BIBLIOTECA HO <sup>ra</sup>	REAL
GRAN	
Sala: <i>A</i>	
Estante: <i>029</i>	
Numero: <i>324</i>	

5

8256

XVII



P V B · O V I ·  
D I I N A S O ·

N I S

A M A T O R I A ·



*Quorum Indicem sequens continet pagella.*



APVD SEB. GRYPHIVM  
LVGDVNI,

1554.

CATALOGVS EORVM QVAE  
in hoc Tomo habentur.

Heroidum Epistole.  
Auli Sabini, ut creditur, Epistole tres.  
Elegiarum libri tres.  
De arte amandi, libri tres.  
De remedio amoris, libri duo.  
In Ibin.  
Ad Liuiam, de morte Drusi.  
De nuce.  
De medicamine faciei.

RECENS ACCESSERE

Fragmenta quaedam ex Epigrammatis Nasonis.  
Carmen ad Pisonem, incerti auctoris, elegantia tamen &  
eruditione iuxta nobile.  
Halieutica Nasonis.

P. OVIDII

NASONIS SVL-  
MONENSIS HE-  
ROIDVM  
LIBER.

PENELOPE VLYSSI.



HANC tua Penelope lento tibi mittit  
Vlyffe,  
Nil mihi rescribas, attamen ipse ueni.  
Troia iacet certè Danais inuisa puellis:  
Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.  
O' utinam tunc, cum Lacedæmona classe pctebat,  
Obrutus insanis esset adulter aquis.  
Non ego deserto iacuissem frigida lecto,  
Nec quererer tardos ire relicta dies.  
Nec mihi querenti spatiosam fallere noctem,  
Lassaret uiduas pendula tela manus.  
Quando ego non timui grauiora pericula ueris?  
Res est solliciti plena timoris amor.  
In te fingebam uiolentos Troas ituros:  
Nomine in Hectoreo pallida semper eram.  
Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore uictum,  
Antilochus nostri causa timoris erat.  
Sive Menœtiaden falsis cecidisse sub armis,  
Flebam successu posse carere dolos.  
Sanguine Tlepolemus Lyciam tepescerat hastam,  
Tlepolemi leto cura nouata mea est.  
Denique quisquis erat castris iugulatus Achiuus,  
Frigidius glacie pectus amantis erat.

Sed bene consuluit casto deus æquus amori,  
 Versa est in cineres sospite Troia uiro.  
 Argolici rediere duces, altaria fumant,  
 Ponitur ad patrios barbaræ præda deos.  
 Grata ferunt nymphæ pro saluis dona maritis,  
 Illi uicta suis Troica fata canunt.  
 Mirantur iustiq; senes, trepidæq; puellæ,  
 Narrantis coniux pendet ab ore uiri.  
 Iamq; aliquis posita monstrat fera prælia niensa,  
 Pingit & exiguo Pergama tota mero.  
 Hæc ibat Simois, hæc est Sigeia tellus,  
 Hic steterat Priami regia celsa senis.  
 Illic Aeacides, illic tendebat Vlysses,  
 Hic lacer admissos terruit Hector equos.  
 Omnia nanque tuo senior te querere misso  
 Rettulerat nato Nestor, at ille mihi  
 Rettulit & ferro \* Rhœsumq; Dolonq; cæsos,  
 Utq; sit hic somno proditus, ille dolo.  
 Ausus es ò nimium nimiumq; oblite tuorum,  
 Thracia nocturno tangere castra dolo,  
 Totq; simul mactare uiros adiutus ab uno.  
 At bene cautus eras, & memor ante mei.  
 Usque metu micuere sinus, dum uictor amicum  
 Dicitus es Ismarijs isse per agmen equis.  
 Sed mihi quid prodest uestris disiecta lacertis  
 Ilios? & murus quod fuit ante, solum?  
 Si maneo qualis Troia durante manebam,  
 Virq; mihi dempto sine carendus abest?  
 Diruta sunt alijs, uni mihi Pergama restant,  
 Incola captiuo quæ boue uictor arat.  
 Iam seges est, ubi Troia fuit, refecandaq; falce

\* aliqui il-  
 lud, q; omit-  
 tunt.

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.  
 Semisepulta uirum curuis feriuntur aratris  
 Ossa, ruinosas occultit herba domos.  
 Victor abes: nec scire mihi, quæ causa morandi,  
 Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.  
 Quisquis ad hæc uertit peregrinam littora puppim,  
 Ille mihi de te multa rogatus, abit.  
 Quamq; tibi reddat, si te modò uiderit usquam,  
 Traditur huic digitis charta notata meis.  
 Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arua  
 Misimus: incerta est fama remissa Pylo.  
 Misimus & Sparten: Sparte quoque nescia ueri.  
 Quas habitas terras, aut ubi lentus abes?  
 Vtilius starent etiam nunc moenia Phocbi:  
 Ira scor uotis heuleuis ipsa meis.  
 Scirem ubi pugnares, & tantum bella timerem,  
 Et mea cum multis iuncta quærela foret.  
 Quid timeam ignoro, timeo tamen omnia demens,  
 Et pateat in curas area lata meas.  
 Quæcunque æquor habet, quæcunque pericula tellus,  
 Tam longæ causas suspicor esse moræ.  
 Hæc ego dum stultè meditor, quæ uestralibido est,  
 Esse peregrino captus amore potes.  
 Forsitan & narres, quam sit tibi rustica coniux,  
 Quæ tantum lanas non sinat esse rudes.  
 Fallar, & hoc crimen tenues uanescat in auras,  
 Ne'ue reuertendi liber, abesse uelis,  
 Me pater Icarius uiduo discedere lecto  
 Cogit, & immensas increpat usque moras.  
 Increpet usque licet, tua sim, tua dicar oportet:  
 Penelope coniux semper Vlyssis ero.

Ille tamen pietate mea, precibusq; pudicis  
 Frangitur, & uires temperat ipse suas.  
 Dulichij, Samijq;, & quos tulit alta Zacynthos,  
 Turba ruunt in me luxuriosa proci.  
 Inq; tua regnant, nullis prohibentibus, aula:  
 Viscera nostra tuæ dilacerantur opes.  
 Quid tibi Pisandrum, Polybumq;, Medontaq; dirum,  
 Eurymichi; auidas, Antinoiq; manus,  
 Atque alios rejeram: quos omnes turpiter absens  
 Ipse tuo partus sanguine rebus alis.  
 Irus egens, pecorisq; Melanthius autor edendi,  
 Vltimus accedunt in tua damna pudor.  
 Tres sumus imbelles numero, sine uiribus uxor,  
 Laërtesq; senex, Telemachusq; puer.  
 Ille per insidias penè est mihi nuper adeptus,  
 Dum parat inuitis omnibus ire Pylon.  
 > Dij precor hoc iubeant, ut euntibus ordine fatis,  
 > Ille meos oculos comprimat, ille tuos.  
 Hoc faciunt custosq; boum, longæuâq; nutrix,  
 Tertius immundæ cura fidelis haræ.  
 Sed neque Laërtes, ut qui sit inutilis annis,  
 Hostibus in medijs regna tenere potest.  
 Telemacho ueniet, uuat modo, fortior ætas,  
 Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.  
 Nec mihi sunt uires inimicos pellere tectis,  
 Tu citius uenias portus, & aura tuis.  
 Est tibi, sitq; precor, natus, qui mollibus annis  
 In patrias artes erudiendus erat.  
 Respice Laërten, ut iam sua lumina condas:  
 Extremum fati sustinet ille diem.  
 Certè ego, quæ fueram te discedente puella,

Protinus ut redeas, facta uidebor anus.

## PHYLLIS DEMOPHOONTI.

**H**ospita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis  
 Ultra promissum tempus abesse queror.  
 Cornua cum lunæ pleno semel orbe coissent,  
 Littoribus nostris anchora pacta tua est.  
 Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit,  
 Nec uehit Actæas Sithonis unda rates.  
 Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes,  
 Non uenit ante suam nostra querela diem.  
 Spes quoque lenta fuit: tardè, quæ credita ledunt,  
 Credimus: inuita nunc & amante nocent.  
 Sæpe sui mendax pro te mihi, sæpe putau  
 Alba procellosos uela referre Notos.  
 Thesea deuoui, quia te dimittere nollet,  
 Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.  
 Interdum timui, ne, dum uada tendis ab Hebrj,  
 Mersa foret cana naufragæ puppis aqua.  
 Sæpe Deos supplex, ut tu scelerate ualeres,  
 Sum prece thuriæremis deuenerata focis.  
 Sæpe uidens uentos cœlo, pelagoq; fauenteis,  
 Ipsa mihi dixi, si ualeat, \*ipse uenit.  
 Denique fidus amor, quicquid properantibus obstat,  
 Finxit, & ad causas ingeniosa sui.  
 At tu lentus abes, nec te iurata reducunt  
 Numina, nec nostro motus amore redis.  
 Demophoon uentis & uerba, & uela dedisti,  
 Vela queror reditu, uerba carere fide.  
 Dic mihi quid feci, nisi non sapienter amauis  
 Crimine te potui demeruisse meo.

\*ille.

Vnum in me scelus est, quod te scelerate recepi,  
 Sed scelus hoc meriti pondus, & instar habet.  
 Iura, fides, ubi nunc commissaq; dextera dextras?  
 Quiq; erat in falso plurimus ore Deus?  
 Promissus socios ubi nunc Hymenæus in annos?  
 Qui mihi coniugij sponsor, & obses erat?  
 Per mare, quod totum uentis agitur, & undis,  
 Per quod sepe ieras, per quod iturus eras,  
 Perq; tuum mihi iurasti (nisi fictus & ille est)  
 Concita qui uentis æquora mulcet, auum,  
 Per Venerem, nimiumq; mihi facientia tela,  
 Altera tela arcus, altera tela faces,  
 Inonemq; toris quæ præsidet alma maritis,  
 Et per tediferæ mystica sacra deæ.  
 Si de tot læsis sua numina quisque Deorum  
 Vindicet, in poenas non satis unus eris.  
 Ah laceras etiam puppes furiosa refeci,  
 Vt qua desereret, firma carina foret.  
 Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abires:  
 Heu patior telis uulnera facta meis.  
 Credidimus blandis, quorum tibi copia, uerbis:  
 Credidimus generi, numinibusq; tuis:  
 Credidimus lacrymis: an & hæc simulare docentur?  
 Hæc quoque habent artes: quaq; iubentur, eunt.  
 Dijs quoque credidimus, quid iam tot pignora nobis?  
 Parte satis potui qualibet inde capi.  
 Nec moueor, quod te iuui portuq; locoq;  
 Debuit hæc meriti summa fuisse mei.  
 Turpiter hospitium lecto cumulasse iugali  
 Pœnitet, & lateri conferuisse latus.  
 Quæ fuit ante illam, malletem suprema fuisset

Nox mihi, dum potui Phyllis honesta mori.  
 Speravi melius, quia te meruisse putavi:  
 Quæcunque ex merito spes uenit, æqua uenit.  
 Fallere credentem non est operosa puellam  
 Gloria, simplicitas digna fauore fuit.  
 Sum decepta tuis & amans, & foemina, uerbis.  
 Dij faciant laudis summa sit ista tua.  
 Inter & Aegidas media statuaris in urbe,  
 Magnificus titulis stet pater ante suis.  
 Cum fuerit lectus Scyron, toruusq; Procrustes,  
 Et Schinis, & Tauri, mixtaq; forma uiri,  
 Et domitæ bello Thebæ, fusiq; Bimembres,  
 Et pulsata nigri regia cæca Dei,  
 Hoc tua post illos titulos signetur imago,  
 Hic est, cuius amans hospita capta dolo est.  
 De tanta rerum turba, factisq; parentis,  
 Sedit in ingenio Cressa puella tuo.  
 Quod solum excusat, solumq; imitaris in illo,  
 Heredem patriæ perfide fraudis agis.  
 Illa (nec inuideo) fruitur meliore marito,  
 Inq; capistratis tigribus alta sedet.  
 At mea despecti fugiunt connubia Thraces,  
 Quod seror externum præposuisse meis.  
 Atque aliquis, iam nunc doctas eat, inquit, Athenas,  
 Armiferam Thracem, qui regat, alter erit.  
 Exitus acta probat: careat successibus opto,  
 Quisquis ab euentu facta notanda putat.  
 At si nostra tuo spumescant æquora remo,  
 Iam mihi, iam dicar consuluisse meis.  
 Sed neque consului, nec te mea regia tangit,  
 Fessaq; Bistoniam membra lauabis aqua.



Illa meis oculis species abeuntis inhaeret,  
 Cum premeret portus classis itura meos:  
 Ausus es amplecti, colloq; infusus amantis  
 Oscula per longas iungere pressa moras.  
 Cumq; tuis lacrymis lacrymas confundere nostras,  
 Quodq; foret uelis aura secunda queri:  
 Et mihi discedens suprema dicere uoce,  
 Phylli face expectes Demophoonta tuum.  
 Expectem, qui me nunquam uisurus abisti?  
 Expectem pelago uela negata meo?  
 Et tamen expecto, redeas modò serus amanti,  
 Vt tua sit solo tempore lapsa fides.  
 Quid precor infelix: iam te tenet altera coniux  
 Forsitan, & nobis qui malè sãuit amor.  
 Vtq; tibi excidimus, nullam, puto, Phyllida nosti.  
 Hei mihi, si quæ sim Phyllis, & unde rogas:  
 Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto  
 Threïcios portus, hospitiumq; dedi.  
 Cuius opes auxere meæ, cui diues egenti  
 Munera multa dedi, multa datura fui.  
 Quæ tibi subieci latissima regna Lycurgi,  
 Nomine foemineo uix satis apta regi.  
 Quà patet umbrosum Rhodope glacialis ad Aenum,  
 Et sacer admissas exigit Hebrus aquas.  
 Cui mea uirginitas auibus libata sinistris,  
 Castaq; fallaci zona recincta manu.  
 Pronuba Tisiphone thalamis ululauit in illis,  
 Et cecinit mæstum deuia carmen auis.  
 Affuit Alectò breuibus torquata colubris,  
 Suntq; sepulchrali lumina mota face.  
 Mæsta tamen scopulos, fruticosaq; littora calco,

Quaq;

Quaq; patent oculis æquora lata meis.  
 Sive die laxatur humus, seu frigida lucent  
 Sydera, prospicio quis freta uentus agat.  
 Et quæcunque procul uenientia lintea uidi,  
 Protinus illa meos auguror esse deos.  
 In freta procuro, uix me retinentibus undis,  
 Mobile quâ primas porrigit æquor aquas.  
 Quo magis accedunt, minus & minus utilis asto,  
 Linquor, & ancillis excipienda cado.  
 Est sinus adductos modicè falcatus in arcus,  
 Vltima prærupta cornua mole rigent,  
 Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas  
 Mens fuit: & quoniam fallere pergis, erit.  
 Ad tua me fluctus proiecram littora portent,  
 Occurrantq; oculis intumulata tuis.  
 Duritia ferrum ut superes, adamantaq; teq;  
 Non tibi sic, dices, Phylli sequendus eram.  
 Sæpe uenenorum sitis est mihi, sæpe cruenta  
 Traiectam gladio morte perire iuuat.  
 Colla quoque, infidis quæ se nectenda lacertis  
 Præbuerant, laqueis implicuisse iuuat.  
 Stat nece matura tenerum pensare pudorem,  
 In necis electu parua futura mora est.  
 Inscrîbere meo causa inuidiosa sepulchro,  
 Aut hoc, aut simili carmine notus eris:  
 Phyllida Demophoon leto dedit, hospes amantem,  
 Ille necis causam præbuit, ipsa manum.

## BRISEIS ACHILLI.

Quid legi, à rapta Briseïde littera uenit,  
 Vix bene barbarica Græca notata manu.

Quas

Quasunque aspicias, lacrymæ fecere lituras,  
 Sed tamen hæc lacrymæ pondera uocis habent.  
 Si mihi pauca queri de te, dominoq; uiroq;  
 Fas est, de domino pauca, uiroq; querar.  
 Non, ego poscenti quod sum citò tradita regi,  
 Culpa tua est quamuis hæc quoque culpa tua est.  
 Nam simul Euribates me, Talthybiusq; uocarunt,  
 Eurybati data sum, Talthybioq; comes.  
 Alter in alterius iactantes lumina uultum,  
 Querebant taciti, noster ubi esset amor.  
 Differri potui, poenæ mora grata fuisset  
 Hei mihi, discedens oscula nulla dedi.  
 At lacrymas sine fine dedi, rupiq; capillos,  
 Infelix iterum sum mihi uisa rapi.  
 Sæpe ego decepto uolui custode reuerti,  
 Sed me qui timidam prenderet, hostis erat.  
 Si progressa forem, caperer ne nocte timebam,  
 Quamlibet ad Priami munus itura nurum.  
 Sed data sum, quia danda fuit: tot noctibus absum,  
 Nec repetor: cessas, iraq; lenta tua est.  
 Ipse Menœtiades tunc, cum tradebar, in aurem,  
 Quid fles? hic paruo tempore, dixit, eris.  
 Non repetisse parum est, pugnas, ne reddar Achille,  
 I nunc, & cupidi nomen amantis habe.  
 Venerunt ad te Telamone, & Amyntore nati,  
 Ille gradu propior sanguinis, ille comes,  
 Laërteq; satius, per quos comitata redirem,  
 Auxerunt blanda grandia dona prece,  
 Viginti fuluos operoso ex ære lebetas,  
 Et tripodas septem pondere, & arte pares.  
 Addita sunt illis auri bis quinque talenta,

Bis sex assueti uincere semper equi.  
 Quodq; superuacuum est, forma præstante puellæ  
 Lesbides, euerfa corpora capta domo.  
 Cumq; tot his, sed non opus est tibi coniuge, coniux  
 Ex Aganemnonijs una puella tribus.  
 Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuisset,  
 Quæ dare debueras, accipere illa negas.  
 Qua merui culpa fieri tibi uilis Achille?  
 Quò leuis à nobis tam citò fugit amor?  
 An miseros tristis fortuna tenaciter urget?  
 Nec uenit inceptis mollior aura meis?  
 Diruta Marte tuo Lirnesia mœnia uidi,  
 Et fueram patriæ pars ego magna meæ.  
 Vidi consortes pariter generisq; necisq;  
 Tres cecidisse, tribus quæ mihi mater erat.  
 Vidi, quantus erat fufum tellure cruenta  
 Pectora iactantem sanguinolenta uirum.  
 Tot tamen amissis, te compensauimus unum:  
 Tu dominus, tu uir, tu mihi frater eras.  
 Tu mihi iuratus per numina matris aquosæ,  
 Utile dicebas ipse fuisse capi.  
 Scilicet, ut quamuis ueniam dotata, repellar,  
 Et mecum, fugias, quæ tibi dantur opes.  
 Quinetiam fama est, cum crastina fulserit \* hora,  
 Te dare nubiferis lintea plena Notis.  
 Quod scelus ut puidas miseræ mihi contigit aures,  
 Sanguinis, atque animi pectus inane fuit.  
 Ibis, & ò cui me miseram uiolente relinques?  
 Quis mihi desertæ mite leuamen erit?  
 Deuorer ante precor subito telluris hiatus,  
 Aut rutilo missi fulminis igne cremer,

Quam sine me Phthijs canescant æquora remis,  
 Et uideam puppes ire relicta tuas.  
 Si tibi iam reditusq; placent, patrij q; penates,  
 Non ego sum clasi sarcina magna tuæ.  
 Victorem captiua sequar, non nupta maritum,  
 Et mihi, quæ lanas molliat, apta manus.  
 Inter Achæidas longè pulcherrima matres  
 In thalamos coniux ibit, eatq; tuos.  
 Digna nurus socero, Iouis, Aeginæq; nepote,  
 Cuiq; senex Nereus profocer esse uelit.  
 Nos humiles, famuleq; tuæ data pensa trahemus,  
 Et minuunt plenas stamina nostra colos.  
 Exagitet ne me tantum tua deprecor uxor,  
 Quæ mihi nescio quo non erit æqua modo:  
 Ne' ue meos coram scindi patiare capillos,  
 Et leuiter dicas, hæc quoque nostra fuit.  
 Et patiare licet, dum ne contempta relinquar,  
 Hic mihi uæ miseræ concutit ossa metus.  
 Quid tamen expectas? Agamemnona poenitet iræ,  
 Et iacet ante tuos Græcia mœsta pedes.  
 Vince animos, iramq; tuam, qui cætera uincis.  
 Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?  
 Arma cape Acactide, sed me tamen ante recepta,  
 Et preme turbatos Marte saeuente uiros.  
 Propter me mota est, propter me desinat ira,  
 Simq; ego tristitia causa, modusq; tuæ.  
 Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris,  
 Coniugis Oenides uersus in arma prece est,  
 Res audita mihi, nota est tibi, fratribus orba  
 Deuouit nati spemq; caputq; parens.  
 Bello erat ille ferox, positus secessit ab armis,

Et

Et patriæ rigida mente negauit opem.  
 Sola uirum flexit coniux, felicior illa:  
 At mea pro nullo pondere uerba cadunt.  
 Nec tamen indignor, nec me pro coniuge gesti  
 Sæpius in domini serua uocata torum.  
 Me quædam (memini) dominam captiua uocabat,  
 Seruitio, dixi, nominis addis onus.  
 Per tamen ossa uiri subito malè tecta sepulcro,  
 Semper iudicijs ossa uerenda meis,  
 Perq; trium fortes animas, mea numina, fratrum,  
 Qui bene pro patria, cum patriaq; iacent,  
 Perq; tuum, nostrumq; caput, quod iunximus unâ:  
 Perq; tuos enses, cognita tela meis,  
 Nulla Mycenæum sociasse cubilia mecum  
 Iuro, fallentem deseruisse uelis.  
 Si tibi nunc dicam, fortissime tu quoque iura,  
 Nulla tibi sine me gaudia facta: neges.  
 At Danaï mœrere putant, tibi plestra mouentur,  
 Te tenet in tepido mollis amica sinu.  
 Et si quis querat, quare pugnare recuses:  
 Pugna nocet: citharæ, noxq; Venusq; iuuant,  
 Tutius est iacuisse toro, tenuisse puellam,  
 Threïciam digitis increpuisse byram,  
 Quam manibus clypeos, & acutæ cuspidis hastam,  
 Et galeam pressu sustinuisse coma.  
 Sed tibi pro tutis insignia facta placebant,  
 Partaq; bellando gloria dulcis erat.  
 An tantum, dum me caperes, fera bella probabas,  
 Cumq; mea patria laus tua uicta iacet?  
 Dij melius, ualidoq; precor uibrata lacerto  
 Transcat Hectoreum Pelias hasta latus.

Mittite

Mittite me Danaï, dominum legata rogabo,  
 Mixtaq; mandatis oscula multa feram.  
 Plus ego, quàm Phoenix, plus, quàm facundus Ulysses,  
 Plus ego, quàm Teuceri (credite) frater agam.  
 Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis,  
 Præsentisq; oculos admonuisse sinu.  
 Sis licet immittis, matrisq; ferocior undis,  
 Ut taceam, lacrymis comminuere meis,  
 Nunc quoque (sic omneis Peleus pater impleat annos,  
 Sic eat auspicijs Pyrrhus ad arma tuis)  
 Respice sollicitam Briseida fortis Achille,  
 Nec miseram lenta ferreus ure mora.  
 At si uersus amor tuus est in lædia nostri,  
 Quam sine te cogis uiuere, coge mori.  
 Utq; facis, coges, abijt corpusq;, colorq;:  
 Sustinet hoc anima spes tamen una tui.  
 Qua si destituar, repetam fratresq;, uirumq;,  
 Nec tibi magnificum scœmina iussa mori.  
 Cur autem iubeas: stricto pete corpora ferro,  
 Est mihi qui fosso pectore sanguis eat.  
 Me petat ille tuus, qui, si dea passa fuisset,  
 Ensis in Atridæ pectus iturus erat,  
 At potius serues nostram, tua munera, uitam.  
 Quod dederas hosti uictor, amica rogo.  
 Perdere quos melius possis, Neptunia præbent  
 Pergama: materiam cædis ab hoste pete.  
 Me modò, siue paras impellere remige classem,  
 Siue manes, domini more uenire iube.

PHAEDRA HIPPOLYTO.

Q Va, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem,  
 Mittit Amazonio Cressa puella uiro.

Pre

Perlege quodcunque est, quid epistola lecta nocebit?  
 Te quoque in hac aliquid, quod iuuet, esse potest.  
 His arcana motis terra, pelagoq; feruntur.  
 Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.  
 Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit  
 Lingua, ter in primo destitit ore sonus.  
 Quà licet, & sequitur, pudor est miscendo amanti.  
 Dicere quæ puduit scribere iussit amor.  
 Quicquid amor iussit, non est contemnere tutum,  
 Regnat, & in \*superos ius habet ille Deos.  
 Ille mihi primò dubitanti scribere, dixit,  
 Scribe: dabit uictas ferreus ille manus.  
 Adsit, & ut nostras auido fouet igne medullas,  
 Figat sic animos in mea uota tuos.  
 Non ego nequitia socialia fœdera rumpam.  
 Fama (uelim quæras) crimine nostra uacat.  
 Venit amor grauius, quò serius: urimur intus,  
 Vrimur, & cæcum pectora uulnus habent.  
 Scilicet ut teneros ledunt iuga prima iuuenços,  
 Frænaq; uix patitur de grege captus equus:  
 Sic male, uixq; subit primos rude pectus amores,  
 Sarcinaq; hæc animo non sedet apta meo.  
 Ars fit, ubi à teneris crimen condiscitur annis:  
 Quæ uenit exacto tempore, peius amat.  
 Tu noua seruata carpes libamina fame,  
 Et pariter nostrum fiet uterque nocens.  
 Est aliquid plenis pomaria carpere ramis,  
 Et tenui primam deligere ungue rosam.  
 Sic tamen ille prior, quo me sine crimine gessi,  
 Candor ab insolita labe notandus erat.  
 At bene successit, digno quòd adurimur igne:

bb

Pcius

\*dominos

Pcius adulterio turpis adulter obest.  
 Si mihi concedat Iuno fratremq; uirumq;  
 Hippolytum uideor præpositura Ioui.  
 Iam quoque (uix credes) ignotas mittor in artes,  
 Est mihi per seuas impetus ire feras.  
 Iam mihi prima dea est arcu præsignis adunco  
 Delia, iudicium subsequar ipsa tuum.  
 In nemo ire libet, pressisq; in retia ceruis  
 Hortari celeres per iuga summa canes.  
 Aut tremulum excusso iaculum uibrare lacerto,  
 Aut in gramina ponere corpus humo.  
 Sæpe iuuat uersare leues in puluere currus,  
 Torquentem frenis ora fugacis equi.  
 Nunc feror, ut Bacchi furij Elcides actæ,  
 Quæq; sub idæo tympana colle mouent:  
 Aut quas semideæ Dryades, Fauniq; bicornes,  
 Numine contactas attonuere suo.  
 Nanque mihi referunt, cum se furor ille remisit,  
 Omnia: me tacitam conscius urit amor.  
 Forsitan hunc fato generis reddamus amorem,  
 Et Venus ex tota gente tributa petit.  
 Iuppiter Europam (prima est ea gentis origo)  
 Dilexit, tauro dissimulante Deum.  
 Pasiphaë mater decepto subdita tauro  
 Enixa est utero crimen, onusq; suum.  
 Perfidus Aegides ducentia fila secutus  
 Curua meæ fugit tecta sororis ope.  
 En ego nunc, ne forte parum Minoia credar,  
 In socias leges ultima gentis eo.  
 Hoc quoque fatale est: placuit domus una duabus:  
 Metua forma capit, capta parente soror.

Thesid

Thesides, Theseusq; duas rapuere sorores:  
 Ponite de nostra bina trophæa domo.  
 Tempore quo nobis iniata est Cerealis Eleusis,  
 Gnosia me uellem detinisset humus.  
 Tunc mihi præcipue (nec non tamen antè placebas)  
 Acer in extremis osibus hæsit amor.  
 Candida uestis erat, præcincti flore capilli:  
 Flaua uerecundus tinxerat ora rubor.  
 Quemq; uocant aliæ uultum rigidumq; trucemq;  
 Pro rigido, Phædra iudice, sortis erat.  
 Sint procul à nobis iuuenes, ut scemina, compti,  
 Fine coli modico forma uirilis amat.  
 Te tuus iste rigor, positiq; sine arte capilli,  
 Et leuis egregio puluis in ore decet.  
 Siue ferocis equi luctantia colla rectorques,  
 Exiguo flexos miror in orbe pedes.  
 Seulentum ualido torques hastile lacerto,  
 Ora ferox in se uersa lacertus habet.  
 Siue tenes lato uenabula cornua ferro,  
 Denique nostra iuuat lumina quicquid agas.  
 Tu modò duritiem syluis deponere iugosis,  
 Non sum materia digna perire tua.  
 Quid iuuat incinctæ studia exercere Dianæ?  
 Et ueneri numeros eripuisse suos?  
 Quod caret alterna requie, durabile non est:  
 Hæc reparat uires, fessaq; membra leuat.  
 Arcus, & arma tuæ tibi sint imitanda Dianæ,  
 Si nunquam cesses tendere, mollis erit.  
 Clarus erat Cephalus syluis, multaq; per herbas  
 Conciderant illo percutiente feræ,  
 Nec tamen Auroræ malè se præbebat amandum.

bb z

Ibat

Ibat ad hunc sapiens à sene Diua uiro.  
 Sæpe sub ilicibus Venerem, Cinyraq; creatum  
 Sustinuit positos quælibet herba duos.  
 Arsit & Oenides in Mænalia Atalanta,  
 Illa feræ spoliū pignus amoris habet.  
 Nos quoque iam primum turba numeremur in ista:  
 Si uenerem tollas, rustica sylua tua est.  
 Ipsa comes ueniam, nec me latebrosa mouebunt  
 Saxa, nec obliquo dente timendus aper.  
 Acquora bina suis oppugnant fluctibus Isthmos,  
 Et tenuis tellus audit utrumque mare.  
 Hic tecum Træzæna colam Pitthæia regna:  
 Iam nunc & patria charior illa mea est.  
 Tempore abest, aberitq; diu Neptunius heros.  
 Illum Pirithoi detinet ora sui.  
 Præposuit Theseus (nisi nos manifesta negemus)  
 Pirithoum Phædræ, Pirithoumq; tibi.  
 Nec sola hæc ad nos iniuria uenit ab illo,  
 In magnis læsi rebus uterque sumus.  
 Ossa mei fratris claua perfracta trinodi  
 Sparsit humi, soror est præda relicta feris.  
 Prima securigeras inter uirtute puellas,  
 Te peperit: nati digna fauore parens.  
 Si quæras, ubi sit, Theseus latus ense peregit:  
 Nec mater tanto pignore tuta fuit.  
 At nec nupta quidem, tædæq; accepta iugali,  
 Cur, nisi ne capres regna paterna nothus?  
 Addidit & fratres ex me tibi, quos tamen omnes  
 Non ego tollendi causa, sed ille fuit.  
 O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum  
 In medio nixu uiscera rupta forent.

I nunc

I nunc, & meriti lectum reuerere parentis,  
 Quem fugit, & factis abdicat ille suis.  
 Nec quia priuigno uidear coitura nouerca,  
 Terruerint animos nomina uana tuos.  
 Ista uetus pietas, æuò moritura futuro,  
 Rustica Saturno regna tenente, fuit.  
 Iuppiter esse piū statuit, quodcunque iuuaret,  
 Et fas omne facit fratre marita soror.  
 Illa coit firma generis iunctura catena,  
 Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.  
 Nec labor est celare, licet, pete munus ab illa:  
 Cognato poterit nomine culpa tegi.  
 Viderit amplexus aliquis, laudabimur ambo,  
 Dicar priuigno fida nouerca meo.  
 Non tibi per tenebras duri referanda mariti  
 Ianua, nec custos decipiendus erit.  
 Ut tenuit domus una duos, domus una tenebit.  
 Oscula aperta dabis, oscula aperta dabis.  
 Tutus eris mecum, laudemq; merebere culpa,  
 Tu licet in lecto conspiciare meo.  
 Tolle moras tantum, properataq; fœdera iunge,  
 Qui mihi nunc se uicit, sic tibi parcat amor.  
 Non ego dedignor supplex, humilisq; precari.  
 Heu, ubi nunc factus, altaq; uerba iacent?  
 Et pugnare diu, nec me summittere culpa,  
 Certa sui, certi siquid haberet amor.  
 Victa precor, genibusq; tuis regalia tendo  
 Brachia: quid deceat non uidet ullus amans.  
 Depuduit, profugusq; pudor sua signa reliquit.  
 Da ueniam fuisse, duraq; corda domo.  
 Quod mihi sit genitor, qui possidet æquora, Minos,

bb 3

Quod

Quòd ueniant proau fulmina torta manu,  
 Quòd sit auus radijs frontem uallatus acutis,  
 Purpureo tepidum qui mouet axe diem.  
 Nobilitas sub amore iacet. miserere priorum,  
 Et mihi si non uis parcere, parce meis.  
 Est mihi dotalis tellus Iouis insula Crete:  
 Seruiat Hippolyto regia tota meo.  
 Flecte feros animos, potuit corrumpere taurum  
 Mater, eris tauro sauior ipse tructe.  
 Per Venerem parcas oro, quæ plurima mecum est,  
 Si nunquam, quæ te spernere possit, ames.  
 Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adfit,  
 Syluaq; perdendas præbeat alta feras.  
 Sic faueant Satyri, montanaq; numina Panes,  
 Et cadat aduersa cuspide fossus aper.  
 Sic tibi dent Nymphæ, quamuis odisse puellas  
 Diceris, arentem quæ leuet unda sitim.  
 Addimus his precibus lacrymas quoque, uerba precantis  
 Perlegis, & lacrymas finge uidere meas.

## OENONE PARIDI.

**P**erlegis? an coniu prohibet noua? perlege, non est  
 Ista Mycenæa litera facta manu.  
 Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima syluis  
 Læsa queror de te, si finis ipse, meo.  
 Quis Deus opposuit nostris sua numina uotis?  
 Ne tua permancam, quod mihi crimen obest?  
 Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum est.  
 Quæ uenit indignè, pœna, dolenda uenit.  
 Nondum tantus eras, cum te contenta marito

Edita

Edita de magno flumine Nympha fui.  
 Qui nunc Priamides (absit reuerentia uero)  
 Seruus eras, seruo nubere Nympha tuli.  
 Sæpe greges inter requieuius arbore tecti,  
 Mixtaq; cum folijs prebuit herba torum.  
 Sæpe super stramen, fœnoq; iacentibus alto  
 Depressa est humili cana pruina casa.  
 Quis tibi monstrabat saltus uenatibus aptos?  
 Et tegeter catulos qua fera rupe suos?  
 Retia sæpe comes maculis distincta tetendi,  
 Sæpe citos egi per iuga summa canes.  
 Incisæ seruant à te mea nomina fagi,  
 Et legor Oenone falce notata tua.  
 Et quantum trunci, tantum mea nomina crescent,  
 Crescite, & in titulos surgite rite meos.  
 Populus est (memini) fluuiali consita ripa,  
 Est in qua nostri littera scripta memor:  
 Popule uiue precor, quæ concita margine ripæ,  
 Hoc in rugoso cortice carmen habes:  
 Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,  
 Ad fontem Xanthi uersa recurret aqua.  
 Xanthe retrò propera: uersa q; recurrite lymphæ,  
 Sustinet Oenonen deseruisse Paris.  
 Illa dies fatum miseræ mihi duxit, ab illa  
 Pessima mutati cœpit amoris hyems,  
 Quæ Venus, & Iuno, sumptisq; decentior armis  
 Venit in arbitrium nuda Minerua tuum.  
 Attoniti micuere sinus, gelidusq; cucurrit,  
 Vt mihi narrasti, dura per ossa tremor:  
 Consului (neque enim modicè terrebar) anusq;  
 Longæ uosq; senes: constitit esse nefas.

bb

Cesa

Cæsa abies, sectæq; trabes, & classe parata,  
 Cærulea ceratas accipit unda rates.  
 Flesti discedens, hoc saltem parce negare,  
 Præterito magis est iste pudendus amor.  
 Et flesti, & nostros uidiſti flentis ocellos,  
 Miſcuiſimus lacrymas mœſtus uterque ſuas.  
 Non ſic appoſitis uincitur uiribus ubiſus,  
 Vt tua ſunt collo brachia \* nexa meo.  
 Ah quoties, cum te uento quererere tenèri,  
 Riſerunt comites, ille ſecundus erat.  
 Oſcula dimiſſe quoties repetita dediſti,  
 Quam uix ſuſtinuit dicere lingua, uale.  
 Aura leuis rigido pendentia lintea malo,  
 Suſcitat, & remis eruta canet aqua.  
 Proſequor infelix oculis abeuntia uela,  
 Quà licet, & lacrymis humet arena meis.  
 Vtq; celer uenias, uirides Nereidas oro,  
 Scilicet ut uenias in mea damna celer.  
 Votis ergo meis alij rediture rediſti.  
 Hei mihi pro dira pellice blanda fui.  
 Aſpicit immenſum moles natua profundum,  
 Mons fuit, æquoreis illa reſiſtit aquis:  
 \*proſpexi Hinc ego uela tuæ \* cognoui prima carinæ,  
 Et mihi per fluctus impetus ire fuit.  
 Dum moror, in ſumma fulſit mihi purpura prora:  
 Pertinui, cultus non erat ille tuus.  
 Fit propior, terrasq; cita ratis attingit aura:  
 Fœmineas uidi corde tremente genas.  
 Non ſatis id fuerat (quid enim furioſa morabar?)  
 Hærebat gremio turpis amica tuo.

\*Tum uerò \*Tunc fleui, rupiq; ſinus, & pectora planxi,

Et ſecui madidas ungue rigente genas.  
 Impleuiq; ſacram queruis ululatibus Idam.  
 Illuc has lacrymas in mea ſaxa tuli.  
 Sic Helene doleat, deſertaq; coniuge ploret,  
 Quæq; prior nobis intulit, ipſa ferat.  
 Nunc tecum ueniunt, quæ te per aperta ſequuntur  
 Aequora, legitimos, deſtituuntq; uiros.  
 At cum pauper eras, armenta q; paſtor agebas,  
 Nulla, niſi Oenone, pauperis uxor erat.  
 Non ego miror opes, nec me tua regia tangit,  
 Nec de tot Priami dicar ut una nurus.  
 Non tamen ut Priamus Nymphæ ſocer eſſe recuſet,  
 Aut Hecubæ fuerim diſſimulanda nurus.  
 Digna q; ſum, & cupio fieri matrona potentis:  
 Sunt mihi quas poſſunt ſceptra decere manus.  
 Nec me, ſaginea quòd tecum fronde iacebam,  
 Deſpice, purpureo ſum magis apta toro.  
 Denique tutus amor meus eſt, tibi nulla parantur  
 Bella, nec ultrices aduehit unda rates.  
 Tyndaris inſeſtis fugitiua repoſcitur armis:  
 Hac uenit in thalamos dote ſuperba tuos.  
 Quæ ſi ſit Danaïs reddenda, uel Hectora fratrem,  
 Vel cum Deiphobo Polydamanta roga.  
 Quid grauis Antenor, Priamus quid ſuadeat ipſe,  
 Conſule, queis ætas longa magiſtra fuit.  
 Turpe rudimentum eſt, patriæ præponere raptam:  
 Cauſa pudenda tua eſt, iuſta uir arma mouet.  
 Nec tibi, ſi cupias, fidam promitte Lacenam,  
 Quæ ſit in amplexus tam citò uerſa tuos.  
 Vt minor Atrides temerati fœdera lecti  
 Clamat, & externos læſus amore dolet:



Tu quoque clamabis, nulla reparabilis arte  
 Læsa pudicitia est: deperit illa semel.  
 Ardet amore tui: sic & Menelaon amavit,  
 Nunc iacet inuiduo credulus ille toro.  
 Felix Andromache certo bene nupta marito:  
 Vxor ad exemplum fratris habenda fui.  
 Tu leuior folijs, tunc cum sine pondere succi  
 Mobilibus uentis arida facta \* uolant.  
 Et minus est in te, quam in summa pondus arista,  
 Quæ leuis assiduis solibus usta riget.  
 Hoc tua (nam recolo) quondam germana canebat,  
 Sic mihi diffusis uaticinata comis:  
 Quid facis Oenone? quid arena semina mandas?  
 Non profecturis littora bobus aras.  
 Graia iuuenca uenit, quæ te patriamq; domumq;  
 Perdat: id prohibe, Graia iuuenca uenit.  
 Dum licet, obscœnam ponto demergite puppim,  
 Heu quantum Phrygij sanguinis illa uehit.  
 Dixerat, in cursu famulæ rapuere furentem,  
 At mihi flauentes diriguere comæ.  
 Ah nimium miseræ uates mihi uera fuisi,  
 Possidet en saltus illa iuuenca meos.  
 Sit facie quamuis insignis, adultera certè est,  
 Deseruit patrios hospite capta Deos.  
 Illa de patria Theseus (nisi nomine fallor)  
 Nescio quis Theseus, abstulit ante sua.  
 A' iuuenæ, & cupido credatur reddita uirgo?  
 Vnde hæc compererim tam bene quæris? amo.  
 Vim licet appelles, & culpam nomine ueles,  
 Quæ toties raptæ est, præbuit ipsa rapi.  
 At manet Oenone fallenti casta marito,

\* cadunt

Et

Et poteris falli legibus ipse tuis.  
 Me Satyri celeres (sylvius ego tecta latebam)  
 Quæsierant rapido turba proterua pede:  
 Cornigerumq; caput pinu præcinctus acuta,  
 Faunus in immensis, quæ tumet Ida, iugis.  
 Me fide conspicuus Troiæ munitor amavit,  
 Ille meæ spoliū uirginitatis habet.  
 Id quoque luctando, rupi tamen ungue capillos,  
 Oraq; sunt digitis aspera facta meis.  
 Nec pretium stupri, gemmas, aurumq; poposci.  
 Turpiter ingenuum munera corpus emunt.  
 Ipse ratus dignam, medicas mihi tradidit artes,  
 Admisitq; meas ad sua dona manus.  
 Quæcunque herba potens ad opem, radixq; medendi  
 Vtilis in toto nascitur orbe, mea est.  
 Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis,  
 Destitutor prudens artis ab arte mea.  
 Ipse repertor opis uaccas pauisse Pheræas  
 \* Fertur, & a nostro saucius igne fuit.  
 Quod neque graminibus tellus focunda creatis:  
 Nec Deus auxilium, tu mihi ferre potes:  
 Et potes, & merui, dignæ miserere puellæ.  
 Non ego cum Danais arma cruenta fero.  
 Sed tua sum, tecumq; sui puerilibus annis,  
 Et tua quod superest temporis esse precor.

## HYPSPYLE IASONI.

Littora Thessaliæ reduci tetigisse carina  
 Diceris auratæ uellere diues ouis.  
 Gratulor incolumi, quantum sinis: hoc tamen, ipsa  
 Debueram scripto certior esse tuo.

Nam,

\* Dicitur, &amp; nostro

Nam, ne pacta tibi præter mea regna redires,  
 Cum cuperes: uentos non habuisse potes.  
 Quamlibet aduerso signetur epistola uento,  
 Hypsipyle missa digna salute fui.  
 Cur mihi fama prior, quam nuntia littera uenit,  
 Isse sacros Martis subiuga panda boues?  
 Semimbus iactis segetes adoluisse uirorum,  
 Inq; necem dextra non eguisse tua.  
 Peruigilem spoliū pecudis seruasse draconem,  
 Rapta tamen forti uellera fulua manu.  
 Hæc ego, si possem timide credentibus ista,  
 Ipse mihi scripsit, dicere, quanta forem?  
 Quid queror officium lenti cessasse mariti?  
 Obsequium, maneo si tua, grande tuli.  
 Barbara narratur uenisse uenefica tecum,  
 In mihi promissi parte futura tori.  
 Credula res amor est: utinam temeraria dicar  
 Criminibus falsis in simulasse uirum.  
 \* Nuper ab Aemonijs hospes mihi Thessalus oris  
 Venerat, & tactum iux bene limen erat:  
 Aesonides, dixi, quid agit meus? ille pudore  
 Hæsit in opposita lumina fixus humo.  
 Protinus exilui, tunicisq; à pectore ruptis,  
 Viuit an exclamo, me quoque fata trahunt.  
 Viuit, ait, timidumq; mihi iurare coëgi,  
 Vix mihi, teste Deo, credita uita tua est.  
 Utq; animus redijt, tua facta requirere coëpi.  
 \* Narrat & aripedes Martis arasse boues.  
 Vipercoos dentes in humum pro semine iactos,  
 Et subito natos arma tulisse uiros.  
 Terrigenas populo ciuili Marte peremptos,

\* Rettulit  
 aripedes

Impl

Impleffe ætatis fata diurna sua.  
 \* Deuictus serpens iterum, si uiuat Iason,  
 Querimus: alternant spesq; timorq; fidem.  
 Singula dum narrat, cur su, studioq; loquendi,  
 Detegit ingenio uulnera facta tuo.  
 Heu ubi pacta fides? ubi connubialia iura?  
 Faxq; sub arsfuros dignior ire rogos?  
 Non ego sum furtim tibi cognita: pronuba Iuno  
 Adfuit, & sertis tempora uinctus Hymen.  
 At mihi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis Erinnyss  
 Prætulit infaustas sanguinolenta faces.  
 Quid mihi cum Minyis? quid cum Tritonide pinu?  
 Quid tibi cum patria nauita Tiphi mea?  
 Non erat hîc aries uillo spectabilis aureo:  
 Non senis Aetææ regia, Lemnos erat.  
 Certa fui primò (sed me mea fata traherant)  
 Hospita foeminea pellere castra manu.  
 Lemniadesq; uiros nimium quoque uincere norunt,  
 Milite tam forti uita tuenda fuit.  
 Vrbe uirum uidi, tectoq; animoq; recepi.  
 Hîc tibi bis æstas, bisq; cucurrit hyems.  
 Tertia mæsis erat, cum tu dare uela coactus  
 Implesti lacrymis talia uerba tuis.  
 Abstrahor Hypsipyle, si dent modò fata recursum,  
 Vir tuus hinc abeo, uir tibi semper ero.  
 Quod tamen è nobis grauida celatur in aluo,  
 Viuat, & eiusdem sinus uterque parens.  
 Hactenus, & lacrymis in falsa cadentibus ora,  
 Cætera te meminî non potuisse loqui.  
 Vltimus è socijs sacram conscendis in Argo,  
 Illa uolat, uentus concava uela tenet.

\* Deuictus  
 serpente

Cæcula

Cærule propulſe ſubducitur unda carinæ,

Terra tibi, nobis afficiuntur aquæ.

In latus omne patens turris circumſpicit undas:

*\*ora* Huc feror, & lacrymis \* oſq; ſinusq; madent.

Per lacrymas ſpecto, cupideq; fauentia menti

Longius aſſucto lumina noſtra uident.

Adde preces caſtas, inmixtaq; uota timori,

Nunc quoque te ſaluo perſoluenda mihi.

Vota ego perſoluam, uotis Medea fruetur?

Cor dolet, atque ira mixtus abundat amor.

Dona feram templis, uiuum quod Iafona perdam?

Hoſtia pro damnis concidet icta meis?

Non equidem ſecura fui, ſemperq; uerebar,

Ne pater Argolica ſumeret urbe nurum.

Argolicas timui, nocuit mihi barbara pellex.

Non expectato uulnus ab hoſte tuli.

Nec facie, meritisq; placet, ſed carmine mouit,

Diraq; cantata pabula fulce metit.

Illa reluctantem curſu deducere lunam

Nititur, & tenebris abdere ſolis equos.

Illa refrænât aquas: obliquaq; flumina ſiſtit.

Illa loco ſyluas, uiuaq; ſaxa mouet.

*\*paſſis* Per tumulos errat \* ſparſis diſcineta capillis,

Certaq; de tepidis colligit oſſa rogis.

Deuouet abſentes, ſimulacraq; cerea fingit,

Et miſerum tenues in iecur urget acus:

*\*ne age* Et quæ neſcierim melius, \* malè quæritur herbis,

Moribus, & forma conciliandus amor.

Hanc potes amplecti? thalamoq; relictus in uno

Impavidus ſomno noſte ſilente frui?

Scilicet ut tauros, ita te iuga ferre cœgit,

Quaq;

Quaq; feros angues, te quoque mulcet ope.

Adde, quod aſcribi factis procerumq; tuisq;

Se facit, & titulo coniugis uxor obeſt.

Atque aliquis Pelix de partibus acta uenenis

Imputat, & populum, qui ſibi credat, habet.

Non hæc Aefonides, ſed filia Phafias Aetæ,

Aurea Phrixæ terga \* reuulſit ouis.

*\*reuellit*

Non probat Alcimedea mater tua, conſule matrem,

Non pater, à gelido cui uenit axe nurus.

Illa ſibi à Tanais, Scythicæq; paludibus undæ

Quærat, & à patria Phafidis uſque uirum.

Mobilis Aefonide, uernaq; incertior aura,

Cur tua polliciti pondere uerba carent?

Vir meus hinc ieras, cur non meus inde rediſti?

ſim reducis coniux, ſic ut euntis eram.

ſi te nobilitas, generoſaq; nomina tangunt,

En ego Minoo nata Thoante feror.

Bacchus auus, Bacchi coniux redimita Corona

Præradiat ſtellis ſigna minora ſuis.

Dos \* mihi Lemnos erit, terra ingenioſa colenti,

Me quoque iam tales inter habere potes.

*\*tibi*

Nunc etiam peperit, gratare ambobus Iafon,

Dulce mihi grauidæ fecerat autor onus.

Felix in numero quoque ſum, prolemq; gemellam

Pignora Lucina bina fauente dedi.

ſi quæras, cui ſint ſimiles, cognosceris illis,

Fallere non norunt, cætera patris habent.

Legatos quos penè dedi pro matre ferendos,

Sed tenuit cœptas ſæua nouerca uias.

Medeam timui, plus eſt Medea nouerca.

Medæ faciunt ad ſcelus omne manus.

Sparg

Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros  
 Corpora, pignoribus parceret illa meis?  
 Hanc tamen ô demens, Colchisq; ablate uenenis,  
 Diceris Hypsipyles præposuisse toro.  
 Turpiter illa uirum cognouit adultera uirgo:  
 Me tibi, teq; mihi tæda pudica dedit.  
 Prodidit illa patrem, rapui de cæde Thoanta,  
 Deseruit Colchon, me mea Lemnos habet.  
 \*refert Quid \* referam, scelerala piã si uicit, & ipso  
 Crimine dotata est, emeruitq; uirum?  
 Lemniadum facinus culpo, non miror Iason,  
 Quælibet iratis ipse dat arma dolor.  
 Dic age, si uentis, ut oportuit, actus iniquis  
 Intraesses portus tuq; comesq; meos,  
 Obuiaq; exissem scetu comitata gemello,  
 (Hiscere \* nempe tibi terra roganda foret)  
 Quo uultu natos, quo me scelerate uideres?  
 Perfide quo pretio, qua nece dignus eras?  
 Ipse quidem per me tutus, sospesq; fuisses,  
 Non quia tu dignus, sed quia mitis ego.  
 Pellicis ipsa meos implestem sanguine uultus,  
 Quosq; ueneficijs abstulit illa suis:  
 Medæ Medea forem, quòd si quis ab alto  
 Iustus adest precibus Iuppiter ipse meis:  
 Quod gemit Hypsipyle, lecti quoque succuba nostri  
 Mœreat, & leges sentiat ipsa suas.  
 Viq; ego desituor coniux, materq; duorum,  
 A totidem natis orba sit atque uiro.  
 Nec malè parta diu teneat, peiusq; relinquat,  
 Exulet, & toto quærat in orbe fugam.  
 Quàm fratri germana fuit, miseroq; parenti

Filia, tam natis, tam sit acerba uiro.  
 Cùm mare, cùm terras consumpsit, aëra tentet,  
 Erret inops, expes, cæde cruenta sua.  
 Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro,  
 Viuere deuoto nuptaq; uirq; toro.

## D I D O A E N E A E.

Sic, ubi fata uocant, udis abiectus in herbis,  
 Ad uada Mæandri concinit albus olor.  
 Nec, quia te nostra sperem prece posse moueri,  
 Alloquor: aduerso mouimus ista Deo.  
 Sed meriti famam, corpusq; animumq; pudicum  
 Cùm malè perdiderim, perdere uerba leue est.  
 Certus es ire tamen, miseramq; relinquere Dido,  
 Atque ijdem uenti uela, fidemq; ferent.  
 Certus es Aenea cum fœdere soluere naues,  
 Quæq; ubi sint nescis, Italia regna sequi.  
 Nec noua Carthago, nec te crescentia tangunt  
 Mœnia, nec sceptro tradita summa tuo.  
 Facta fugis, \* fugienda petis: quærenda per orbem  
 Altera, quæ sita est altera terra tibi. \*facienda  
 Vt terram inuenias, quis eam tibi tradet habendam?  
 Quis sua non notis arua tenenda dabit?  
 Alter habendus amor tibi restat, & altera Dido,  
 Quamq; iterum fallas, altera danda fides.  
 Quando erit, ut condas instar Carthaginis urbem?  
 Et uideas populos altus ab arce tuos?  
 Omnia, si ueniant, nec te tua uota morentur,  
 Vnde tibi, quæ te sic amet, uxor erit?  
 Vror, ut inducto ceratæ sulfure tædæ.  
 Aeneamq; animo noxq; diesq; refert.

Ille quidem malè gratus, & ad mea munera surdus,  
 Et quo, si non sum stulta, carere uelim.  
 Non tamen Aeneam, quamuis malè cogitet, odi,  
 Sed queror infidum, quæstaq; peius amo.  
 Parce Venus nurui, durumq; amplectere fratrem  
 Frater amor, castris militet ille tuis.  
 Aut ego, quæ cœpi (neque enim dedignor) amare,  
 Materiam curæ præbeat ille meæ.  
 Fallor, & ipsa mihi falsò iactatur imago,  
 Matris ab ingenio disidet ille suæ.  
 Te lapis, & montes, innataq; rupibus altis  
 Robora, te seuæ progenuere feræ.  
 Aut mare, quale uides agitari nunc quoque uentis,  
 Quo tamen aduersus fluctibus ire paras.  
 Quò fugis? obstat hyems, hyemis mihi gratia proficit.  
 Aspice ut euerfas concitet Eurus aquas.  
 Quod tibi malueram, sine me debere procellis,  
 Iustior est animo uentus, & unda tuo.  
 Non ego sum tanti, quòd non mediteris inique,  
 Vt pereas, dum me per fracta longa fugis.  
 Exerces pretiosa odia, & constantia magno,  
 Si, dum me fugias, est tibi uile mori.  
 Iam uenti ponent, strataq; æqualiter unda,  
 Cæruleus Triton per mare curret equis.  
 Tu quoque cum uentis utinam mutabilis esses:  
 Et, nisi duritia robora uincis, eris.  
 Quid? si nescires insana quid æquora possent?  
 Experte toties tam malè credis aquæ?  
 Vt pelago suadente etiam retinacula soluas,  
 Multa tamen latus tristia pontus habet.  
 Nec uiolasse fidem tentantibus æquora prodest,

Perfidie

Perfidie poenas exigit ille locus.  
 Præcipue cum læsus amor: quia mater amorum,  
 Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.  
 Perdita ne perdam timeo, noceamue nocenti,  
 Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.  
 Viue precor, sic te melius, quàm funere, perdam,  
 Tu potius leti causa ferere mei.  
 Finge age te rapido (nullum sit in omine pondus)  
 Turbine deprendi, quid tibi mentis erit?  
 Protinus occurrent falsæ periuria linguæ,  
 Et Phrygia Dido fraude coacta mori.  
 Coniugis ante oculos deceptæ stabit imago  
 Tristis, & effusis sanguinolenta comis.  
 Quicquid id est, totum merui, concedite dices:  
 Quæq; cadent, in te fulmina missa putes.  
 Da breue seuitiæ spatium pelagiq; tuæq;  
 Grande moræ pretium, tuta futura uia est.  
 Nec mihi tu parcas, puero parcaturo Iulo,  
 Te satis est titulum mortis habere meæ.  
 Quid puer Ascanius? quid Dij meruere penates?  
 Ignibus ereptos obruat unda Deos.  
 Sed neque fers tecum, nec, quæ mihi perfide iactas,  
 Prefferunt humeros sacra, paterq; tuos.  
 Omnia mentiris, neque enim tua fallere lingua  
 Incipit à nobis, primaq; plector ego.  
 Si quæras ubi sit formosi mater Iuli,  
 Occidit à duro sola relicta uiro.  
 Hæc mihi narrabas, at me mouere merentem.  
 Illa minor culpa poena futura mea est.  
 Nec mihi mens dubia est, quin te tua numina damnent,  
 Per mare, per terras septima iactat hyems.

cc 2

Fluctibus

Fluctibus eiectum tuta statione recepi,  
 Vixq; bene audito nomine, regna dedi.  
 His tamen officijs utinam contenta fuisssem,  
 Et mihi concubitus fama sepulta foret.  
 Illa dies nocuit, qua nos decliue sub antrum  
 Cæruleus subitis compulit humber aquis.  
 Audieram uoces, Nymphas uluisse putauit.  
 Eumenides fatis signa dedere meis.  
 Exige læse pudor poenas uiolate Sichæo,  
 Ad quem (me miseram) plena pudoris eo.  
 Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus:  
 Opposita frondes, uellera & alba tegunt.  
 Hinc ego me sensi noto quater ore citari.  
 Ipse sono tenui dixit, Elisa ueni.  
 Nulla mora est, uenio quondam tibi debita coniux:  
 Sum tamen admissi tarda pudore mei.  
 Da ueniam culpæ, decepit idoneus autor,  
 Inuidiam noxæ detrahit ille meæ.  
 Diua parens, seniorq; pater, pia sarcina nati  
 Spem mihi mansuri rite dedere iuri.  
 Si fuit errandum, causas habet error honestas:  
 Adde fidem, nulla parte pigendus erit.  
 Durat in extremum, uitæq; nouissima nostræ  
 Prosequitur fati, qui fuit antè tenor,  
 Occidit in terras coniux maectatus ad aras,  
 Et sceleris tanti præmia frater habet.  
 Exul agor, cineresq; iuri, patriamq; relinquo,  
 Et feror in duras hoste sequente uias.  
 Applicor ignotis, fratriq; elapsa, fretoq;  
 Quod tibi donauit perfide littus, emo.  
 Urbem constitui, lateq; patientia fixi

Mœnia

Mœnia finitimis inuidiosa locis.  
 Bella tument, bellis peregrina, & scœmina tentor,  
 Vixq; rudes portas urbis, & arma paro.  
 Mille procis placui, qui in me coiere, querentes  
 Nescio quem thalamis præposuisse suis.  
 Quid dubitas uinctam Getulo tradere Iarbæ?  
 Præbueram sceleri brachia nostra tuo.  
 Est etiam frater, cuius manus impia poscit  
 Respergi nostro, sparsa cruore iuri.  
 Pone deos, & quæ tangendo sacra profanas,  
 Non bene cœlestes impia dextra colit.  
 Si tu cultor eras elapsis igne futurus,  
 Pœnitet elapsos ignibus esse deos.  
 Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquis,  
 Parsq; tui \* latitat corpore clausa meo.  
 Accedet fatis matris miserabilis infans,  
 Et nondum nati funeris autor eris.  
 Cumq; parente sua frater morietur Iuli,  
 Pœnaq; connexos auferet una duos.  
 Sediubet ire Deus, uellem uetuisset adire:  
 Punica nec Teucris pressa fuisset humus.  
 Hoc duce nempe deo uentis agitaris iniquis,  
 Et teris in rapido tempora longa freto.  
 Pergama uix tanto tibi erant repetenda labore,  
 Hectore si uiuo quanta fuere, forent.  
 Non patrium Simoënta petis, sed Tybridis undas,  
 Nempe ut peruenias, quò cupis, hostes eris.  
 Utq; latet, refugitq; tuas obstrusa carinas,  
 Vix tibi continget terra petita seni.  
 Hos populos potius in dotem ambage \* remissa  
 Accipe, & aduectas Pygmalionis opes.

\*lateat

\*remota

Ilion in Tyriam transfer felicius urbem,  
 Inq; loco regis, \* sceptraq; sacra tene.  
 Si tibi mens auida est belli, si querit Iulus  
 Vnde suo partus Marte triumphus eat,  
 Quem superet, ne quid desit, præbebimus hostem,  
 Hic pacis leges, hic locus arma capit.

Tu modo per patrem, fraternaq; tela sagittas,  
 Perq; fugæ comites, Dardana sacra, deos:  
 Sic superent quoscunque tua de gente reportas,  
 Mars ferus, & damni sit modus ille tui:

Afcaniusq; suos feliciter impleat annos,  
 Et senis Anchisæ molliter ossa cubent:  
 Parce precor domui, quæ se tibi tradit habendam,

\* amasse Quod crimen dicis præter \* amare meum?  
 Non ego sum Phthia, magnisq; oriunda Mycenis,  
 Nec steterant in te uirq; paterq; meus.  
 Si pudet uxoris, non nuptæ, sed hospita dicar,  
 Dum tua sit Dido, quodlibet esse feret.

\* frangentia Nota mihi freta sunt Afrum \* tangentia littus,  
 Temporibus certis dantq; negantq; uiam.  
 Cum dabit aura uiam, præbebis carbassu uentis,  
 Nunc leuis eiectam continet alga ratem.  
 Tempus ut obseruem, manda mihi, serius ibis,  
 Nec te, si cupias, ipsa manere sinam.  
 Et socij requiem poscunt, laniataq; clafis  
 Postulat exiguas semirefecta moras.  
 Pro meritis, & si qua tibi debebimus ultra,  
 Pro spe coniugij, tempora parua peto.  
 Dum freta mitescunt, & amor dum temperat usum,  
 Fortiter ediscam tristitia posse pati.  
 Sin minus, est animus nobis effundere uitam:

In me crudelis non potes esse diu.  
 Aspicias utinam quæ sit scribentis imago,  
 Scribimus, & gremio Troicus ensis adest.  
 Perq; genas lacrymæ stridulum labuntur in enses,  
 Qui iam pro lacrymis sanguine tinctus erit.  
 Quam bene conueniunt fato tua munera nostro,  
 Instruis impensa nostra sepulcra breui.  
 Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo,  
 Ille locus seui uulnus amoris habet.  
 Anna soror, soror Anna meæ male conscia culpæ,  
 Iam dabis in cineres ultima dona meos.  
 Nec consumpta rogis inscribar Elisa Sichæi,  
 Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit:  
 Præbuit Aeneas & causam mortis, & enses,  
 Ipsa sua Dido concidit usa manu.

## HERMIONE ORESTI.

A Lloquor Hermione nuper fratremq; uirumq;  
 Nunc fratrem, nomen coniugis alter habet.  
 Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris  
 Inclusam contra iusq; piùmq; tenet.  
 Quod potui, renui, ne non inuita tenerer,  
 Cætera foemineæ non ualuere manus.  
 Quid facis Aeacide? non sum sine uindice, dixi,  
 Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella suo.  
 Surdior ille freto clamantem nomen Orestis  
 Traxit inornatis in sua tecta comis.  
 Quid grauius capta Lacedæmone serua tulissem,  
 Si raperet Graias barbara turba nurus?  
 Parcius Andromachen uexauit Achæia uictrix,  
 Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.

At tu, cura mei si te pia tangit Oreste,  
 Inijce non timidus in tua iura manus.  
 An si quis rapiat stabulis armenta reclusis  
 Arma feras, rapta coniuge lentus eris?  
 Sit focer exemplo nuptæ repetitor ademptæ,  
 Cui pia militiæ causa puella fuit.  
 Si focer ignauus uacua stertisset in aula,  
 Nupta foret Paridi mater, ut ante fuit.  
 Non tu mille rates, sinuosaq; uela parabis,  
 Nec numerum Danaï militis: ipse ueni.  
 Sic quoque eram repetenda, tamen nec turpe marito est,  
 Aspera pro charo bella tulisse toro.  
 Quid: quod auus nobis idem Pelopeius Atreus?  
 Et si non esses uir mihi, frater eras.  
 Vir precor uxori, frater succurre sorori:  
 Instant officio nomina bina tuo.  
 Me tibi Tyndareus uita grauis autor, & annis  
 Tradidit, arbitrium neptis habebat auus.  
 At pater Aeaciæ promiserat inscius acti:  
 Plus quoque, qui prior est ordine, posset auus.  
 Cùm tibi nubebam, nulli mea tæda nocebat,  
 Si iungar Pyrrho, tu mihi læsus eris.  
 Et pater ignoscet nostro Menelaus amori,  
 Succubuit telis præpetis ipse Dei.  
 \*permittet Quem sibi permisit, genero \*concedet amorem,  
 Proderit exemplo mater amata suo.  
 Tu mihi, quod matri pater, es: quas gesserat olim  
 Dardanius partes aduena, Pyrrhus agit.  
 Ille licet patrijs sine fine superbiat actis,  
 Et tu quæ referas facta parentis habes.  
 Tantalides omneis, ipsūq; regebat Achillem,

Hic

Hic pars militiæ, dux erat ille ducum.  
 Tu quoque habes proauum Pelopem, Pelopisq; parentem,  
 Si melius numeres, à Ioue quintus eris.  
 Nec uirtute cares, arma inuidiosa tulisti,  
 Sed tu quid faceres? induit illa patrem.  
 Materia uellem fortis meliore fuisses,  
 Non lecta est operi, sed data causa tuo.  
 Hanc tamen implesti, iuguloq; Aegyptus aperto  
 Tecta cruentaui, quæ pater ante tuus.  
 Increpat Aeacides, laudemq; in crimina uertit,  
 Et tamen aspectus sustinet ille meos.  
 Rumpor, & ora mihi pariter cum mente tumescunt,  
 Pectoraq; inclusis ignibus usta dolent.  
 Hermione coram quisquam ne obiecit Orestu?  
 Nec mihi sunt uires, nec ferus ensis adest.  
 Flere licet, certè stendo diffundimus iram,  
 Perq; sinus lacrymæ fluminis instar eunt.  
 Has semper solas habeo, semperq; profundo,  
 Humet incultæ fonte perenne genæ.  
 Hoc generis fatum, quod nostros errat in annos,  
 Tantalides omnes apta rapina sumus.  
 Non ego fluminei referam mendacia Cycni,  
 Nec querar in plumis delituisse Iouem.  
 Quà duo porrectus longè freta distinet Isthmos  
 Vecta peregrinis Hippodameia rotis.  
 Castori Amycleo, & Amycleo Polluci  
 Reddita Mopsopia Tyndaris urbe soror.  
 Tyndaris idæo trans æquora ab hospite rapta  
 Argolicas pro se uertit in arma manus.  
 Vix equidem memini, memini tamen, omnia luctus,  
 Omnia solliciti plena timoris erant.

cc 5

Flebat



Flebat auus, flebatq; soror, fratresq; gemelli,  
 Orabat superos Leda, suumq; iouem:  
 Ipsa ego non longos etiam tunc scissa capillos  
 Clamabam, sine me, me sine mater abis?  
 Nam coniux aberat, ne non Pelopeia credar,  
 Ecce Neoptolemo præda parata fui.  
 Pelides utinam uitasset Apollinis arcus:  
 Damnaret nati facta proterua pater.  
 Nec quondam placuit, nec nunc placuisset Achilli,  
 Abducta uiduum coniuge flere uirum.  
 Quæ mea coelestis iniuria fecit iniquos?  
 Quodue mihi miseræ sydus obesse querar?  
 Parua mea sine matre sui, pater arma gerebat,  
 Et duo cum uiuant, orba duobus eram.  
 Non tibi blanditas primis mea mater in annis  
 Incerto dictas ore puella tuli.  
 Non ego captiui breuibus tua colla lacertis,  
 Non sedi gremio sarcina grata tuo.  
 Non cultus tibi cura mei, nec pacta marito  
 Intraui thalamos matre parante nouos.  
 Obuia prodieram reduci tibi (uera fatebor)  
 Nec facies nobis nota parentis erat.  
 Te tamen esse Helenen, quòd eras pulcherrima, sensi.  
 Ipsa requirebas, quæ tua nata foret.  
 Pars hæc una mihi coniux bene cecit Orestes,  
 Is quoque, ni pro se pugnet, ademptus erit.  
 Pyrrhus habet captam reduce, & uictore parente,  
 Et minus hoc nobis diruta Troia \* dedit.  
 Cum tamen altus equis Titan radiantibus instat,  
 Perfruior infelix liberiore malo.  
 Nox ubi me thalamis ululantem, & acerba gementem

Condidit

Condidit, in mœsto procubuiq; toro,  
 Pro somno lacrymis oculi funguntur obortis,  
 Quæq; licet fugio, sicut ab hoste, uiro.  
 Sæpe malis stupeo, rerumq; oblita, lociq;  
 Ignara tetigi Scyria membra manu.  
 Utq; nefas sensi, malè corpora tacta relinquo,  
 Et mihi pollutas credor habere manus.  
 Sæpe Neoptolemi pro nomine, nomen Orestis  
 Exit, & errorem uocis, ut omen, amo.  
 Per genus infelix oro, generisq; parentem,  
 Qui freta, qui terras, & sua regna quatit:  
 Per patris ossa tui, patrui mihi, quæ tibi debent,  
 Quæ se sub tumulo fortiter ulta iacent.  
 Aut ego præmoriar, primoq; extinguar in æuo,  
 Aut ego Tantalidæ Tantalidis uxor ero.

## DEIANIRA HERCVLI.

G Ratulor Oechaliam titulis accedere nostris,  
 Victorem uictæ succubuisse queror.  
 Fama Pelasgiadas subito peruenit in urbes  
 Decolor, & factis inficianda tuis:  
 Quem nunquam Iuno, seriesq; immensa laborum  
 Fregerit, huic Iolen imposuisse iugum.  
 Hoc uelit Eurystheus, uelit hoc germana tonantis,  
 Letaq; sit uitæ labe nouerca tuæ.  
 At non ille uenis, cui nox (si creditur) una,  
 Non tanti, ut tantus conciperere, fuit.  
 Plas tibi, quam Iuno, nocuit Venus: illa premendo  
 Sustulit, hæc humili sub pæde colla tenet.  
 Respice uindictibus pacatum uiribus orbem,

Quæ

Quà latam Nereus cœrilus ambit humum.  
 Se tibi pars terræ, tibi se tota æquora debent.  
 Implesti meritis Solis utranque domum.  
 Quod te laturum est, cœlum prius ipse tulisti,  
 Hercule supposito sydera fulsit Athlas.  
 Quid nisi notitia est misero quæ sita pudori,  
 Si cumulas stupri facta priora nota?  
 Tène ferunt geminos pressisse tenaciter angues,  
 Cum tener in cunis iam Ioue dignus eras?  
 Cœpisti melius, quàm desinis: ultima primis  
 Cedunt: dissimiles, hic uir, & ille puer.  
 Quem non mille feræ, quem non Steneleius hostis,  
 Non potuit Iuno uincere, uincit Amor.  
 At bene nupta feror, quia nominor Herculis uxor,  
 Sitq; socer, rapidis qui tonat altus equis.  
 Quàm malè in æquales ueniunt ad aratra iuuenti,  
 Tam premitur magno coniuge nupta minor.  
 Non honor est, sed onus, species læsura ferentes.  
 Siqua uoles aptè nubere, nube pari.  
 Vir mihi semper abest, & coniuge notior hospes,  
 Monstraq; terribiles persequiturq; feras:  
 Ipsa domo uidua uotis operata pudicis  
 Torqueor, infesto ne uir ab hoste cadat.  
 Inter serpentes, aprosq; auidosq; leones  
 Iactor, & \* hæsuos cerno per ossa canes.  
 Me pecudum fibræ, simulacræq; inania somni,  
 Omniaq; arcana nocte petita mouent,  
 Aucupor infelix incertæ murmuræ famæ:  
 Speq; timor dubia, spesq; timore cadit.  
 Mater abest, queriturq; Deo placuisse potenti,  
 Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adest.

\*æsuos

Arbiter

Arbiter Eurystheus iræ Iunonis iniquæ  
 Sentitur nobis, iraq; longa deæ.  
 Hæc mihi ferre parum est, peregrinos addis amores,  
 Et mater de te quælibet esse potest.  
 Non ego Parthenijs temerata uallibus Augen,  
 Nec referam partus Ormeni nympha tuos.  
 Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba sorores,  
 Quarum de populo nulla relicta tibi est.  
 Vna recens crimen referetur adultera nobis,  
 Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo.  
 Mæander, toties qui terris errat in isdem,  
 Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas,  
 Vidit in Herculeo suspensa monilia collo,  
 Illo, cui cœlum sarcina parua fuit.  
 Non puduit fortes auro cohibere lacertos,  
 Et solidis gemmas apposuisse toris.  
 Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis  
 Edidit, unde humerus tegmina læuus habet.  
 Ausus es hirsutos mitra redimire capillos,  
 Aptior Herculeæ populus alba comæ.  
 Nec te Mæonia læsciæ more puellæ  
 Incingi zona dedecuisse pudet,  
 Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,  
 Efferus humana qui dæpe pauit equos.  
 Si te uidisset cultu Busiris in isto,  
 Huic uictor uicto nempe pudendus eras.  
 Detrahat Antæus duro redimicula collo,  
 Ne pigeat molli succubuisse uiro.  
 Mæonias inter calathum tenuisse puellas  
 Diceris, & dominæ pertinuisset minas.  
 Non pudet Alcide uictricem mille laborum

Rafil

Rasilibus calathis imposuisse manum?  
 Crassaq; robusto deducis pollice fila,  
 Aequaq; formosæ pensa rependis heræ.  
 Ab quoties, digitis dum torques stamina duris,  
 Præualidæ fufos comminuere manus.  
 Diceris infelix scuticæ tremefactus habenis,  
 Ante pedes domine pertinuiffe minas.  
 Eximijis pompis præconia summa triumpho,  
 Factaq; narrabas dissimulanda tibi.  
 Scilicet immane is elisos faucibus hydros,  
 Infantem \* caudis inuoluiffe manum.  
 Vt Tegeæus Aper cupressifero Erymantho  
 Incubat, & uasto pondere lædit humum.  
 Non tibi Threicijs affixa penatibus ora,  
 Non hominum pingues cæde tacentur equæ.  
 Prodigiumq; triplex armenti diues Iberi  
 Geryones, quamuis in tribus unus erat.  
 Inq; canes totidem trunco digestus ab uno  
 Cerberus, implicitis angue minante comis.  
 Quæq; redundabat fœcundo uulnere serpens  
 Fertilis, & damnis \* diues ab ipsa suis.  
 Quiq; inter læuumq; latus, dextrumq; lacertum,  
 Prægræue compressa fauce pependit onus.  
 Et male confisum pedibus, formaq; bimembri,  
 Pulsus Thessalicis agmen equestre iugis.  
 Hæc tu Sidonio potes insignitus amictu  
 Dicere: num cultu lingua retenta filet?  
 \* oneravit Se quoque nympha tuis \* ornauit Iardanis armis,  
 Et tulit è capto nota trophæa uiro.  
 I nunc, tolle animos, & fortia facta recense:  
 Quod tu non esses iure, uir illa fuit.

\*nuda dilace  
raste manu

\*ditior ipsa

Qua

Qua tanto minor es, quanto te maxime rerum,  
 Quam quos uicisti, uincere maius erat.  
 Illi procedit rerum mensura tuarum:  
 Cede bonis, hæres laudis amica tuæ est.  
 O pudor, hirsuti costis exuta leonis,  
 Aspera texerunt uellera molle latus.  
 Falleris, & nescis, non sunt spolia ista leonis,  
 Sed tua, tuq; feræ uictor es, illa tui.  
 Fœmina tela tulit Lerneis atra uenenis,  
 Ferre grauem lana uix satis apta colum.  
 Instruxitq; manum claua domitricæ ferarum,  
 Vidit & in speculo coniugis arma sui.  
 Hæc tamen audieram, licuit non credere famæ.  
 En uenit ad sensus mollis ab aure dolor.  
 Ante meos oculos adducitur aduena pellex,  
 Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.  
 Non sinis auerti, mediam captiua per urbem,  
 Inuictis oculis aspicienda uenit.  
 Nec uenit incultis captarum more capillis,  
 Fortunam uultu fassa \* tegente suo.  
 Ingreditur latè multo spectabilis auro,  
 Qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.  
 Dat uultum populo sublimis: ut Hercule uicto,  
 Oechaliam uiuo stare parente putes.  
 Forsitan expulsa Aetolide Deianeira.  
 Nomine deposito pellicis, uxor erit.  
 Eurytidos loles, atque insani Alcideæ  
 Turpia \* formosus corpora iunget Hymen.  
 Mens fugit admonitu, frigusq; perambulat artus,  
 Et iacet in gremio languida facta manus.  
 Me quoque cum multis, sed me sine crimine amasti:

\*tegendo  
suos

\*famosus

Ne pig

Ne pigeat, pugnae bis tibi causa fui.  
 Cornua flens legit rapidis Achelous in undis,  
 Truncaq; limosa tempora mersit aqua.  
 Semiuir occubuit ui lerniferoq; ueneno  
 Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.  
 Sed quid ego haec refero? scribenti nuntia uenit  
 Fama, uirum tunicae labe perire meae.  
 Hei mihi quid feci? quod me furor egit amantem?  
 Impia quid dubitas Deianira mori?  
 An tuus in media coniuu lacerabitur Oeta,  
 Tu sceleris tanti causa superstes eris?  
 Et quid adhuc habeo facti, cur Hercules uxor  
 Credar? coniugij mors mea pignus erit.  
 Tu quoque cognosces in me Melagre sororem.  
 Impia quid dubitas Deianira mori?  
 Heu deuota domus solio sedet acrior alto,  
 \*longa Oenea desertum \* nuda senecta premit.  
 Exulat ignotis Tydeus germanus in oris:  
 Alter fatali uiuus in igne fuit:  
 Exegit ferrum sua per praecordia mater:  
 Impia quid dubitas Deianira mori?  
 Deprecor hoc unum per iura sacerrima lecti,  
 Ne uidear thalamis insidiata tuis.  
 Nessus, ut est auidum percussus arundine pectus,  
 Hic, dixit, uires sanguis amoris habet.  
 Illita Neseo nisi tibi texta ueneno.  
 Impia quid dubitas Deianira mori.  
 Iamq; uale seniorq; pater, germanaq; Gorge,  
 Et patria, & patriae frater adempte meae.  
 Et tu lux oculis hodierna nouissima nostris,  
 Virq; (sed o possis) & puer Hylle uale.

## ARIADNE THESEO.

Mitius inueni, quam te, genus omne ferarum.  
 Credita non ulli, quam tibi, peius eram.  
 Quae legis, ex illo Theseu tibi littore mitto,  
 Vnde tuam sine me uela tulere ratem,  
 In quo me somnusq; meus male prodidit, & tu  
 Pro facinus, somnis insidiate meis.  
 Tempus erat utrea quo primum terra pruina  
 Spargitur, & tectae fronde queruntur aues.  
 Incertum uigilans an somno languida, moui  
 Thesea prensuras semisopita manus.  
 Nullus erat, referoq; manus, iterumq; retento,  
 Perq; torum moueo brachia, nullus erat.  
 Excussere metus somnum, conterrita surgo,  
 Membraq; sunt uiduo praecipitata toro.  
 Protinus adductis sonuerunt pectora palmis,  
 Utq; erat e somno turbida, rapti coma est.  
 Luna fuit spectro, siquid nisi littora cernam:  
 Quod uideant oculi, nil, nisi littus habent.  
 Nunc huc, nunc illuc, & utroque, sine ordine curro:  
 Alta puellares tardat arena pedes.  
 Interea toto clamanti littore, Theseu,  
 Reddebant nomen concaua saxa tuum.  
 Et quoties ego te, toties locus ipse uocabat:  
 Ipse locus miserae ferre uolebat opem.  
 Mons fuit, apparent frutices in uertice rari:  
 Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis:  
 Ascendo, uires animus dabat, atque ita late  
 Aequora prospectu metior alta meo.  
 Inde ego (nam uentis quoque sum crudelibus usa)

Vidi præcipiti carbasa tensa Noto.  
 Aut uidi, aut certe quia me uidisse putauī,  
 Frigidior glacie, senianimisq; fui.  
 Nec languere diu patitur dolor, excitor illo,  
 Excitor, & summa Thesea uoce uoco.  
 Quò fugis? exclamo, Scelerate reuertere Theseu,  
 Flecte ratem, numerum non habet illa suum.  
 Hoc ego, quod uoci deerat, plangore replebam.  
 Verbera cum uerbis mista fuere meis.  
 Si non audires, ut saltem cernere posses,  
 lactatæ latè signa dedere manus.  
 Candida q; impofui longæ uclamina uirgæ,  
 Scilicet oblitos admonitura mei.  
 Iamq; oculis ereptus eras, tunc denique fleui:  
 Torpuerant molles antè dolore genæ.  
 Quid potius facerent, quàm me mea lumina flerent,  
 Postquam defierant uela uidere tua?  
 Aut ego diffusis erraui sola capillis,  
 Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.  
 Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi,  
 Quamq; lapis sedes, tam lapis ipsa fui.  
 Sæpe torum repeto, qui nos acceperat ambos,  
 Sed non acceptos exhibiturus erat.  
 Et tua quæ possum, pro te uestigia tango,  
 Strataq; quæ membris intepuere tuis.  
 Incumbo, lacrymisq; toro manante profusis,  
 Presimus, exclamo, te duo, redde duos.  
 Venimus huc ambo, cur non discedimus ambo?  
 Per fide pars nostri lectule maior ubi est?  
 Quid faciam? quò sola ferar? uacat insula cultu:  
 Non hominum uideo, non ego facta boum.

Omne

Omne latus terræ cingit mare, nauita nusquam est,  
 Nulla per ambiguas puppis itura uias.  
 Finge dari comitesq; mihi, uentosq; ratemq;  
 Quid sequar? accessus terra paterna negat.  
 Ut rate felici pacata per æquora labar,  
 Temperet ut uentos Aeolus, exul ero.  
 Non ego te Crete centum digesta per urbes  
 Aspiciam, puero cognita terra Ioui.  
 Nam pater, & tellus iusto regnata parente,  
 Proditæ sunt factò nomina chara meo,  
 Cùm tibi, nec uictus tecto morerere recuruo,  
 Quæ regerent passus, pro duce fila dedi.  
 Cùm mihi dicebas, per ego ipsa pericula iuro,  
 Te fore, dum nostrum uiuet uterque, meam.  
 Viuimus, & non sum Theseu tua, si modò uiuit  
 Fœminea periuri fraude sepulta iuri.  
 Me quoque, qua fratrem, mactasses improbe claua,  
 Esset, quam dederas, morte soluta fides.  
 Nunc ego non tantum, quæ sum passura recorder,  
 Sed quæcunque potest ulla relicta pati.  
 Occurrunt animo pereundi mille figuræ,  
 Morsq; minus pœnæ, quàm mora mortis, habet.  
 Iam iam uenturos aut hæc, aut suspicor illac,  
 Qui lanient auidos uiscera dente lupos.  
 Forsitan, & fuluos tellus alit ista leones.  
 Quis scit, an hæc sæuas insula tigres habet?  
 Et freta dicuntur magnas expellere phocas.  
 Quis uetat & gladios per latus ire meum?  
 Tantum ne religer dura captiua catena,  
 Ne ue traham serua grandia pensa manu,  
 Cui pater est Minos, cui mater filia Phœbi,

dd z

Quodq;

Quodq; magis memini, quæ tibi pacta fui.  
 Si mare, si terras, porrectaq; littora uidi,  
 Multa mihi terræ, multa minantur aque.  
 Cœlum restabat, timeo simulacra Deorum,  
 Destitutor rapidis præda, cibusq; feris.  
 Siue colunt, habitantq; uiri, diffidimus illis:  
 Externos didici læsa timere uiros.  
 \*facta luiffes Viueret Androgeos utinam, nec \* fata tuliffes  
 Impia funeribus Cecropi terra tuis.  
 \*tua mactas- Nec \* tu mactasses nodoso stipite Theseu  
 Ardua parte uirum, dextera parte bouem.  
 Nec tibi, quæ reditus monstrarent, fila dediffem,  
 Fila per adductas sæpe recepta manus.  
 Non equidem muror, si stat uictoria tecum,  
 \*humum Strataq; Cretæam bellua strauit \* humi.  
 Non poterant figi præcordia ferrea cornu:  
 Vt te non tegeres, pectore tutus eras.  
 Illuc tu silices, illuc adamanta tulisti,  
 Illic, qui silices Thesea uincat, habes.  
 Crudeles somni, quid me tenuistis inertem?  
 At semel æterna nocte premeda fui.  
 Vos quoque crudeles uenti, nimumq; parati,  
 Flaminaq; in lacrymas officiosa meas.  
 Dextera crudelis, quæ me, fratremq; necauit,  
 Et data poscenti nomen inane fides.  
 In me iurarunt somnus, uentusq; fidesq;:  
 Proditæ sum causis una puella tribus.  
 Ergo ego nec matris lacrymas moritura uidebo,  
 Nec mea, qui digitis lumina condat, erit.  
 Spiritus infelix peregrinas ibit in auras,  
 Nec positos artus unget amica manus.

Ossa superstabant uolucres inhumata marinæ.  
 Hæc sunt officijs digna sepulcra meis.  
 Ibis Cecropios portus: patriaq; receptus  
 Cum steteris turba celsus honore thæ,  
 Et bene narraris letum tauriq; uiriq;  
 Sectaq; per dubias saxea tecta uias,  
 Me quoque narrato solam tellure relictam:  
 Non ego sum titulis surripienda tuis.  
 Nec pater est Aegæus, nec tu Pittheidos Acthæ  
 Filius, autores saxa, fretumq; tui.  
 Dij facerent, ut me summa de puppe uideres:  
 Mouisset uultus mœsta figura tuos.  
 Nunc quoque non oculis, sed qua potes aspice mente  
 Hærentem scopulo, quem uaga pulsat aqua.  
 Aspice demissos lugentis more capillos,  
 Et tunicas lacrymis, sicut ab imbre, graues.  
 Corpus, ut impulse segetes Aquilonibus, horret,  
 Litteraq; articulo pressa tremente labat.  
 Non te per meritum, quoniam malè cessit, adoro.  
 Debita sit factæ gratia nulla meo:  
 Sed nec pœna quidem: si non ego causa salutis,  
 Non tamen est, cur tu sis mihi causa necis.  
 Has tibi plangendo lugubria pectora lassas,  
 Infelix tendo trans freta longa manus.  
 Hos tibi qui superant, ostendo mœsta capillos.  
 Per lacrymas oro, quas tua facta mouent,  
 Flecte ratem Theseu, uersosq; relabere uento.  
 Si prius occidero, tu tamen ossa feres.

CANACE MACAREO.

Si qua tamen cæcis errabunt scripta lituris,  
 Oblitus à dominæ cæde libellus erit.

Dextra tenet calanum, strictum tenet altera ferrum,  
 Et iacet in gremio charta \* notata meo.  
 \*soluta Hæc est Acolidos fratri scribentis imago.  
 Sic uideor duro posse placere patri.  
 Ipse necis cuperem nostræ spectator adisset,  
 Autorisq; oculis exigeretur opus.  
 Vt ferus est, multoq; suis truculentior Euris,  
 Spectaret siccis uulnera nostra genis.  
 Scilicet est aliquid cum seuis uiuere uentis,  
 Ingenio populi conuenit ille sui.  
 Ille noto, Zephyroq; & Scythonio Aquiloni  
 Imperat, & pennis Eure proterue tuis.  
 Imperat heu uentis, tumide non imperat iræ,  
 Possidet & uitij regna minora suis.  
 Quid iuuat admotam per auorum nomina celo  
 Inter cognatos posse referre Iouem?  
 Num minus infestum funebria munera ferrum  
 Fœmune a teneo non mea tela manu?  
 \*commisit O utinam Macareu, quæ nos \* coniunxit in unum,  
 Venisset leto serior hora meo.  
 Cur unquam plus me frater, quam frater amasti?  
 Et tibi, non debet quod soror esse, fuit?  
 Ipsa quoque incalui, qualemq; audire solebam,  
 Nescio quem sensi corde tepente Deum.  
 \*macies ad- Fugerat ore color, \* maciesq; obduxerat artus,  
 duxerat Sumebant minimos ora coacta cibos.  
 Nec somni faciles, & nox erat annua nobis,  
 Et gemitum nullo lesa dolore dabam.  
 Nec cur hoc facerem, poteram mihi reddere causam,  
 Nec noram quid amans esset, at illud eram.  
 Prima malum nutrix animo præsensit anili,

Prima mihi nutrix, Aeoli dixit amas.  
 Erubui, gremioq; pudor deiecit ocellos.  
 Hæc satis in tacita signa fatentis erant.  
 Iamq; tumescabant uitiatu pondera uentris,  
 Aegraq; furtiuum membra grauabat onus.  
 Quas mihi non herbas, quæ non medicamina nutrix  
 Attulit? audaci suppositq; manu?  
 Vt penitus nostris (hoc te celauimus unum)  
 Visceribus crescens excuteretur onus.  
 Ah nimium uiuax admotis restitit infans  
 Artibus, & tectus tutus ab hoste fuit.  
 Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi,  
 Denaq; Luciferos Luna mouebat equos.  
 Nescio quæ faceret subitos mihi causa dolores,  
 Et rudis ad partus, & noua miles eram.  
 Nec tenui uocem: quid, ait, tua crimina prodis?  
 Oraq; clamantis conscia pressit anus.  
 Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit:  
 Sed ti mor, & nutrix, & pudor ipse uctant.  
 Contineo gemitus, elapsaq; uerba reprendo,  
 Et cogor lacrymas combibere ipsa meas.  
 Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat,  
 Et graue, si morerer, mors quoque crimen erat.  
 Cum super incumbens, scissa tunicaq; comaq;  
 Pressa resouisti pectora nostra tuis.  
 Et mihi uiue soror, soror o charissima, dixti,  
 Viue, nec unius corpore perde duos.  
 Spes bona det uires, fratri nam nupta futura es.  
 Illius, de quo \* mater, & uxor eris.  
 Mortua (crede mihi) tamen ad tua uerba reuixi,  
 Et positum est uteri crimen, onusq; mei.

Quid tibi grataris: media sedet Aeolus aula,  
 Crimina sunt oculis surripienda patris.  
 Frondibus infantem, ramisq; albens oliuae,  
 Et leuibus uittis sedula celat anus.  
 Fictaq; sacra facit, dicitq; precantia uerba,  
 Dat populus sacris, dat pater ipse uiam.  
 Iam prope limen erat: patrias uagitus ad aures  
 Venit, & indicio proditur ille suo.  
 Eripit infantem, mentiaq; sacra reuelat  
 Aeolus, insana regia uoce sonat.  
 Vt mare sit tremulum, tenui cum stringitur aura,  
 Vt quatitur tepido fraxina uirga Noto:  
 Sic mea uiuari pallentia membra uideres,  
 Quis ab imposito corpore lectus erat.  
 Irruit, & nostrum uulgat clamore pudorem,  
 Et uix à misero continet ore manus.  
 Ipsa nihil præter lacrymas pudibunda profudi,  
 Torpuerat gelido lingua retenta metu.  
 Iamq; dari paruum canibusq; auibusq; nepotem  
 Iusserat, in solis destituq; locis.  
 Vagitus dedit ille miser, sensisse putares,  
 Quisq; suum poterat uoce, rogabat auum:  
 Quid mihi tunc animi credis germane fuisse  
 (Nam potes ex animo colligere ipse tuo)  
 Cum mea me coram syluas inimicus in altis  
 Viscera montanis ferret edenda lupis?  
 Exierat thalamo, tunc demum pectora planxi,  
 Contigit inq; meas unguibus ire genas.  
 Interea patrius uultu moerente satellites  
 Venit, & indignos edidit ore sonos.  
 Aeolus hunc enssem mittit tibi, tradidit enssem,

Et iubet ex merito scire, quid iste uelit.  
 Scimus, & utemur uolento fortiter ense:  
 Pectoribus condam dona paterna meis.  
 His mea muneribus genitor connubia donas?  
 Hactua dote pater filia diues erit?  
 Tolle procul decepte faces Hymenæe maritas,  
 Et fuge turbato tecta nefanda pede.  
 Ferte faces in me, quas fertis, Erinnyes atrae,  
 Vt meus ex isto luceat igne rogus.  
 Nubite felices Parca meliore sorores,  
 Admisi memores sed tamen este mei.  
 Quid puer admisit tam paucis editus horis?  
 Quo læsit factò uix bene natus auum?  
 Si potuit meruisse necem, meruisse putetur:  
 Ah miser admissio plectitur ille meo.  
 Nate dolor matris, rapidarum præda ferarum,  
 Hei mihi natali dilacerate tuo:  
 Nate parum fausti miserabile pignus amoris,  
 Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.  
 Non mihi te licuit lacrymis perfundere iustis,  
 In tua non tonsas ferre sepulcra comas.  
 Non super incubui, non oscula frigida carpsi,  
 Diripiunt auidæ uiscera nostra feræ.  
 Ipsa quoque infantis cum uulnera persequar umbras,  
 Nec mater fuero dicta, nec orba diu.  
 Tu tamen ò frustra miseræ sperate sorori,  
 Sparsa precor nati collige membra tui:  
 Et refer ad matrem, socioq; impone sepulcro,  
 Vnaq; nos habeat quamlibet arcta duos.  
 Viue memor nostri, lacrymasq; in funera funde,  
 Ne ue reformida corpus amantis amans.



Tu rogo, proiectæ nimum mandata sororis,  
Perfer: mandatis perfruar ipsa patris.

## M E D E A I A S O N I.

**V**T tibi Colchorum (memini) regina uacau:  
Ars mea cum peteres, ut tibi ferret opem,

Tunc, quæ dispensant mortalia fata sorores,  
Debuerant suos euoluissè suos.

Tunc potui Medea mori bene: quicquid ab illo  
Produxi uitæ tempore, poena fuit.

Hei mihi, cur unquam iuuenilibus acta lacertis  
Phrixeam petijt Pelias arbor ouem?

Cur unquam Colchi Magnetida uidimus Argo?  
Turbaq; Phasiacam Graia bibistis aquam?

Cur mihi plus æquo flauī placuere capilli?  
Et decor, & linguae gratia ficta tuæ?

\*Semel At \* saltem (in nostras quoniam noua puppis arenas  
Venerat, audaces attuleratq; uiros)

Iffet anhelatos non præmedicatus in ignes  
Immemor Aesonides, oraq; adunca boum.

Semina iccisset, totidem sumpsisset & hostes,  
Vt caderet cultu cultor ab ipse suo.

Quantum perfidiæ tecum scelerate perisset,  
Dempta forent capiti quam mala multa meo.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare uoluptas,  
Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.

Iussus inexpertam Colchos aduertere puppim,  
Intraſti patriæ regna beata meæ.

Hoc illic Medea sui, noua nupta quòd hic est:  
Quam pater est illi, tam mihi diues erat.

Hic Ephyren binarem, Scythia tenuis ille niuosa,

Omne

Omne tenet ponti quæ plaga læua iacet.  
Accipit hospitio iuuenes pater Acta Pelasgos,  
Et premitis pictos corpora Graia toros.  
Tunc ego te uidi, tunc coepi scire, quis esses:  
Illa fuit mentis prima ruina meæ.

Et uidi, & perij, nec notis ignibus arsi,  
Ardet ut ad magnos pinca teda Deos.

Et formosus eras, & me mea fata trahebant.  
Abstulerant oculi lumina nostra tui.

Perfide sensisti. quis enim bene celat amorem?  
Eminet indicio prodita flamma suo.

Dixerat interea tibi rex, ut dura ferorum  
Insolito premeres uomere colla boum.

Martis erant tauri plus quam per cornua scui,  
Quorum terribilis spiritus ignis erat.

Aere pedes solidi, prætentaq; naribus æra,  
Nigra per afflatus hæc quoque facta suos.

Semina præterea populos genitura iuberis  
Spargere deuota leta per arua manu,

Qui peterent natis secum tua corpora telis.  
Illa erat agricolæ messis iniqua suo.

Lumina custodis succumbere nescia somno,  
Vitimus est aliqua decipere arte labor.

Dixerat Aetes, mæſſi conſurgitis omnes,  
Mensq; purpureos deserit alta toros.

Quam tibi tunc longè regnum dotale Creuſæ,  
Et soror & magni nupta Creontis erat.

Tristis abis, oculis abeuntem prosequor udis,  
Et dixi tenui murmure lingua, uale.

Vt positum tetigi thalamo malè saucia lectum,  
Acta est per lacrymas nox mihi, quanta fuit.

Ante

Ante oculos tauriq; meos, segetesq; nefandæ,  
 Ante meos oculos peruigil anguis erat.  
 Hinc amor, hinc timor est: ipsum timor auget amorem,  
 Mane erat, & thalamo chara recepta soror.  
 Disiectamq; comas, auersaq; in ora iacentem  
 Inuenit, & lacrymis omnia plena meis.  
 Orat opem Minyis, petit altera, & altera habebit,  
 Aesonio iuueni, quod rogat illa, dāmus.  
 Est nemus & piceis, & frondibus ilicis atrum,  
 Vix illuc radijs solis adire licet.  
 Sunt in eo (fuerant certè) delubra Dianæ:  
 Aurea barbarica stat dea facta manu.  
 Nostin' an exciderint mecum loca? uenimus ambo:  
 Ausus es infido sic prior ore loqui:  
 Ius tibi, & arbitrium nostræ fortuna salutis  
 Tradidit, inq; tua est uitaq; morsq; manu.  
 Perdere posse sat est, si quem iuuat ista potestas,  
 Sed tibi seruatus gloria maior ero.  
 Per mala nostra precor, quorum potes esse leuamen,  
 Per genus, & numen cuncta uidentis aui:  
 Per triplices uultus, arcanaq; sacra Dianæ,  
 Et si forte aliquos gens habet ista deos:  
 O uirgo miserere mei, miserere meorum,  
 Effice me meritis tempus in omne tuum.  
 Quod si forte uirum non dedignare Pelasgum,  
 (Sed mihi tam faciles unde deosq; meos?)  
 Spiritus ante meus tenues, uanescat in auras,  
 Quam thalamo, nisi tu, nupta sit ulla meo.  
 Conscia sit iuno sacris præfesta maritis,  
 Et dea, marmorea cuius in æde sumus.

\*horum Hæc animum (& quota pars \* possent?) mouere puellæ

Simp

Simplicis, & dextræ dextera iuncta meæ.  
 Vidi etiam lacrymas, an & est pars fraudis in illis?  
 Sic citò sum uerbis capta puella tuis.  
 Iungis & æripedes in adusto corpore tauros,  
 Et solidam iusso uomere scindis humum.  
 Arua uenenatis profemine dentibus imple,  
 Nasitur & gladios, scutaq; miles habens.  
 Ipsa ego, quæ dederam medicamina, pallida sedi,  
 Cum uidi subitos arma tenere uiros.  
 Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres  
 In se constrictas conseruere manus.  
 Peruigil ecce draco squamis crepitantibus horrens  
 Sibilat, & torto pectore uerit humum.  
 Dotis opes ubi erant? ubi erat tua regia coniux?  
 Quicq; maris gemini\* detinet Isthmos aquas?  
 Illa ego, quæ tibi sum nunc denique barbarata facta,  
 Nunc tibi sum pauper, nunc tibi uisa nocens:  
 Flammea subduxi medicato lumina somno,  
 Et tibi quæ raperes uellera tuta dedi.  
 Proditus est genitor: regnum, patriamq; reliquit:  
 Munus in exilio quodlibet esse tuli.  
 Virginitas facta est peregrini prædæ latronis:  
 Optima cum chara matre relicta soror.  
 At non te fugiens sine me germane reliqui,  
 Deficit hoc uno littera nostra loco.  
 Quod facere ausa mea est, non audet scribere dextra:  
 Sic ego, sic tecum dilaceranda fui.  
 Nec tamen extimui (quid enim post illa timerem?)  
 Credere me pelægo sæmina iamq; nocens.  
 Numen ubi est? ubi Dij? meritas subeamus in alto,  
 Tu fraudis poenas, credulitatis ego.

\*distinet

Comp

Compressos utinam Symplegades elississent,  
 Nostraq; adhererent ossibus ossa tuis.  
 Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos.  
 Debit ingratis Scylla nocere uiris.  
 Quæq; uomit totidem fluctus, totidemq; resorbet,  
 Nos quoque Trinacriæ supposuisset aquæ.  
 Soppes ad Aemonias, uictorq; reuenteris urbes,  
 Ponitur ad patrios aurea lana Deos.  
 Quid referam Pelæ natas pietate nocentes?  
 Cæsãq; uirginea membra paterna manu?  
 Ut culpent alij, tibi me laudare necesse est,  
 Pro quo sum toties esse coacta nocens.  
 Ausus es ò (iusto desunt sua uerba dolori)  
 Ausus es Aesonia dicere cede domo.  
 Iussa domo cæsi natis comitata duobus,  
 Et, qui me sequitur semper, amore tui.  
 At subito nostras ut Hymen cantatus ad aures  
 Venit, & accenso lampades igne micant,  
 Tibiaq; effudit socialia carmina uobis,  
 At mihi funesta flebiliora tuba:  
 Pertinui: nec adhuc tantum scelus esse putabam,  
 Sed tamen in toto pectore frigus erat.  
 Turbaruunt, & Hymen clamant, Hymenæe frequentant.  
 Quò propior uox est, hòc mihi peius erat.  
 Diuersi flebant serui, lacrymasq; tegebant.  
 Quis uellet tanti nuntius esse mali?  
 Me quoque, quicquid erat, potius nescire iuuabat,  
 Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat.  
 \*iussus Cum minor è pueris \*iussu, studioq; uidendi  
 Constitit ad geminæ limina prima foris.  
 Hinc mihi, mater abi, pompam pater, inquit, Iason

Ducit,

Ducit, & adiunctos aureus urget equos.  
 Protinus abscissa planxi mea pectora ueste,  
 Tuta nec à digitis ora fucere meis.  
 Ire animus mediæ suadebat in agnuna turba,  
 Sertaq; compositis demere rapta comis.  
 Vix me continui, quin sic laniata capillos  
 Clamarem, meus est, iniiceremq; manus.  
 Læse pater gaude, Colchi gaudete relictì,  
 Inferias umbræ fratris habete mei.  
 Deseror amissis, regno, patriaq; domoq;  
 Coniuge, qui nobis omnia solus erat.  
 Serpentes igitur domui, taurosq; furentis,  
 Vnum non potui perdomuisse uirum.  
 Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes,  
 Non ualeo flammam effugere ipsa meas.  
 Ipsi me cantus, artes, herbæq; relinquunt:  
 Nil Dea, nil Hecates sacra potentis agunt.  
 Non mihi grata \* quies, noctes uigilantur amarae,  
 Nec tener in misero pectore somnus adest  
 Quæ me non possum, potui sopire draconem:  
 Uttilior cuiuis, quàm mihi, cura mea est.  
 Quos ego seruaui, pellex amplectitur artus,  
 Et nostri fructus illa laboris habet.  
 Forsitan & stultæ dum te iactare maritæ  
 Queris, & iniustis auribus apta loqui:  
 In faciem, moresq; meos noua crimina fingis.  
 Rideat, & uitijs læta sit illa meis:  
 Rideat, & Tyrio sedeat sublimis in ostro:  
 Flebit, & ardores uincet adusta meos.  
 Dum ferrum, flammæq; aderunt, succusq; ueneni,  
 Hostis Medæe nullus inultus erit.

\*dies

Quòd

Quòd si fortè preces præcordia ferrea tangunt,  
 Nunc animis audi uerba minoræ meis.  
 Nam tibi sum supplex, quod tu mihi sæpe fuisti,  
 Nec moror ante tuos procubuisse pedes.  
 Si tibi sum uilis, communes respice natos.  
 Sæuiet in partus dira nouerca meos.  
 Et nimium similes tibi sunt, & imagine tangor,  
 Et quoties uidco, lumina nostra madent.  
 Per superos oro, per auitæ lumina flammæ,  
 \*duos Per meritum, & natos pignora nostra \* tuos,  
 Redde torum, pro quo tot res insana reliqui:  
 Adde fidem dictis, auxiliūmq; refer.  
 Non ego te imploro contra taurosq; uirosq;  
 Vtq; tua serpens uicta quiescat ope.  
 Te peto, quem merui, quem nobis ipse dedisti,  
 Cum quo sum pariter facta parente parens.  
 Dos ubi sit quæris? campo numerauimus illo,  
 Qui tibi laturo uellus, arandus erat.  
 Aureus ille aries uillo spectabilis aureo  
 Dos mea: quam, dicam si tibi, redde, neges.  
 Dos mea, tu fosses, dos est mea Graia iuuentus,  
 I nunc Sisyphias improbe confer opes.  
 Quòd uiuis, quòd habes nuptam, socerumq; potentem:  
 Hoc ipsum, ingratus quòd potes esse, meum est.  
 Quos equidem actutum: sed quid prædicere poenam  
 Attinet? ingentes parturit ira minas.  
 Quòd feret ira, sequar. facti fortasse pigebit:  
 Et piget infido consuluisse uiro.  
 Viderit ista Deus, qui nunc mea pectora uersat:  
 Nescio quid certè mens mea maius agit.

L A O

## L A O D A M E I A P R O T E S I L A O .

Mittit, & optat amans quò mittitur ire, salutem  
 Aemonis Aemonio Laodameia uiro.  
 Aulide te fama est uento retinente morari,  
 Ah, me cùm fugeres, hic ubi uentus erat?  
 Tunc freta debuerant uestris obsistere remis:  
 Illud erat sæuis utile tempus aquis.  
 Oscula plura uiro, mandataq; plura dedissem:  
 Et sunt, quæ uolui dicere plura tibi.  
 Raptus es hinc præceps, & qui tua uela uocaret,  
 Quem cuperent nautæ, non ego, uentus erat.  
 Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti,  
 Soluor ab amplexu Protefilææ tuo.  
 Linguaq; mandatis uerba imperfecta reliquit,  
 Vix illud potui dicere triste, uale,  
 Incubuit Boreas, arreptaq; uela tetendit,  
 Iamq; meus longè Protefilæus erat.  
 Dum potui spectare uirum, spectare iuuabat,  
 Sumq; tuos oculos usque secuta meis.  
 Vt te non poteram, poteram tua uela uidere,  
 Vela diu uultus detinere meos.  
 At postquam nec te, nec uela fugacia uidi,  
 Et quod spectarem, nil, nisi pontus, erat:  
 Lux quoque tecum abiit, tenebrisq; exanguis obortis  
 Succiduo dicor procubuisse genu.  
 Vix socer Iphiclus, uix me grandæuus Acastus,  
 Vix mater gelida mœsta refecit aqua.  
 Officium fecere pium, sed inutile nobis:  
 Indignor misere non licuisse mori.  
 Vtq; animus redijt, pariter rediere dolores:

c c

Pectora

Pectora legitimus casta momordit amor.  
 Nec mihi pectendos cura est præbere capillos,  
 Nec libet aurata corpora ueste tegi.  
 Vt quas pampinea tetigisse Bicorniger hasta  
 Creditur, huc illuc, quæ furor egit, co.  
 Conueniunt matres Phylacæides, & mihi clamant,  
 Indue regales Laodameia sinus.

Scilicet ipsa geram saturatas murice uestes,  
 Bella subiliacis mœnibus ille geret?  
 Ipsa comas pectam, galea caput ille premctur?  
 Ipsa nouas uestes, dura uir arma feret?

Quæ possum, squalore tuos imitata labores  
 Dicar, & hæc belli tempora tristis agam.

\*Dux Pari \*Δύωαρι Priamide damno formose tuorum,  
 Tam sis hostis iners, quàm malus hospes eras.  
 Aut te Tenarie facièm culpasse maritæ,  
 Aut illi uellem displicuisse tuam.

Tu, qui pro rapta nimium Menelæe laboras,  
 Hei mihi quàm multis flebilis ultor eris.

Dij precor à nobis omen remouete sinistrum,  
 Et sua det reduci uir meus arma Ioui.

Sed timeo: quotiesq; subit miserabile bellum,  
 More niuis lacrymæ sole madentis eunt.

Ilion, & Tenedos, Simoisq; & Xanthus, & Ida,  
 Nomina sunt ipso penè timenda sono.

Nec rapere ausurus, nisi se defendere posset,  
 Hospes erat: uires nouerat ipse suas.

Venerat, ut fama est, multo spectabilis auro,  
 Quiq; suo Phrygiæ corpore ferret opes:

Classe, uirisq; potens, perq; fera bella geruntur:  
 Et sequitur regni pars quota quenque sui?

His ego te uictam consors Ledaæ gemellis  
 Suspicio, hæc Danaïs posse nocere puto.  
 Hæctora nescio quem timeo: Paris Hæctora dixit  
 Ferrea sanguinea bella mouere manu.  
 Hæctora, quisquis is est, si sum tibi chara, caueto:  
 Signatum memori pectore nomen habe.

Hunc ubi uitaris, alios uitare memento:  
 Et multos illic Hæctoras esse puta.

Et facito, ut dicas, quoties pugnare parabis,  
 Parcere me iussit Laodameia sibi.

Si cadere Argolico fas est sub milite Troiam,  
 Te quoque non ullum uulnus habente \* cadat.

Pugnet, & aduersos tendat Menelaus in hostes,  
 Ut rapiat Paridi, quam Paris ante sibi.

Irruat, & causa quem uincit, uincat & armis.  
 Hostibus è medijs nupta petenda uiro est.

Causa tua est dispar, tu tantum uiuere pugna,  
 Inq; pios dominæ posse redire sinus.

Parcite Dardanidæ de tot (precor) hostibus uni,  
 Ne meus ex illo corpore sanguis eat.

Non est, quem deceat nudo concurrere ferro,  
 Sæuâq; in oppositos pectora ferre uiros.

Fortius ille potest multo, quæ pugnât amore:  
 Bella gerant alij, Protefilaus amet.

Hunc fateor uolui renocare, animusq; ferebat,  
 Substitit auspicij lingua timore mali.

Cùm foribus uelles ad Troiam exire paternis,  
 Pes tuus offenso limine signa dedit.

Vt uidi, ingemui, tacitoq; in pectore dixi,  
 Signa reuersuri sint precor ista uiri.

Hæc tibi nunc refero, ne sis animosus in armis.

\* cadet

Fac meus in uentos hic timor omnis cat.  
 Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,  
 Qui primus Danaum Troada tanget humum.  
 Infelix, quæ prima uirum lugebit adeptum.  
 Dij faciant, ne te strenuus esse uelis.  
 Inter mille rates tua sit millesima puppis,  
 Iamq; fatigatas ultima uerset aquas.  
 Hoc quoque præmoneo, de naue nouissimus exi,  
 Non est, quò properes, terra paterna tibi.  
 Cum uenies, remoq; moue, ueloq; carinam,  
 Inq; tuo celerem littore siste gradum.  
 Siue latet Phœbus, seu terris altior extat,  
 Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte uenis.  
 Nocte tamen quàm luce magis: nox grata puellis,  
 Quarum suppositus colla lacertus habet.  
 Aucupor in lecto mendaces cœlibe somnos:  
 Dum careo ueris, gaudia falsa iuuant.  
 Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?  
 Cur uenit à uerbis multa querela tuis?  
 Excutor somno, simulacraq; noctis adoro,  
 Nulla caret fumo Thessalis ara meo.  
 Tura damus, lacrymasq; super, quæ sparsa relucet,  
 \*affuso Vt solet \* à fuso surgere flamma mero.  
 Quando ego te reducem cupidus amplexa lacertis  
 Languida letiti: soluar ab ipsa mea?  
 Quando erit ut lecto mecum bene iunctus in uno  
 Militiæ referas splendida facta tuæ?  
 Quæ mihi dum referes, quamuis audire iuuabit,  
 Multa tamen rapies oscula, multa dabis.  
 Semper in his aptè narrantis uerba resistunt:  
 Promptior est dulci lingua, referre mora.

Sed cum Troia subit, subeunt uentiq; fretumq;  
 Spes bona sollicito uicta timore cadit.  
 Hoc quoque, quòd uenti prohibent exire carinas,  
 Me mouet: inuitis ire paratis aquis.  
 Quis uelit in patriam uento prohibente reuerti?  
 A patria pelago uela uetante datis.  
 Ipse suam non prebet iter Neptunus ad urbem.  
 Quò ruitis? uestras quisque redite domos.  
 Quò ruitis Danai? uentos audite uetantes,  
 Non subiti casus, numinis ista mora est.  
 Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?  
 Dum licet, Inachiæ uertite uela rates.  
 Sed quid ego reuoco hæc? omen reuocantis abesto,  
 Blandaq; compositas aura secundet aquas.  
 Troadas inuideo, quæ sic lacrymosa suorum  
 Funera conspicient, nec procul hostis erit.  
 Ipsa suis manibus forti noua nupta marito  
 Imponet galeam, barbaraq; arma dabit.  
 Arma dabit, dumq; arma dabit, simul oscula sumet:  
 Hoc genus officij dulce duobus erit.  
 Producetq; uirum, dabit & mandata reuerti,  
 Et dicet, referas ista fac arma Ioui.  
 Ille ferens domine mandata recentia secum,  
 Pugnabit cautè, respicietq; domum.  
 Exuet & reduci galeam, clypeumq; resoluat,  
 Excipietq; suo corpora lassa sinu.  
 Nos sumus incertæ: nos anxius omnia cogit,  
 Quæ possunt fieri, facta putare, timor.  
 Dum tamen arma geris diuerso miles in orbe,  
 Quæ referat uultus est mihi cera tuos.  
 Illi blanditias, illi tibi debita uerba

Dicimus, amplexus accipit illa meos.  
 Crede mihi, plus est, quam quod uideatur, imago.  
 Adde sonum ceræ, Protefilaus erit.  
 Hanc specto, teneoq; sinu pro coniuge uero,  
 Et tanquam possit uerba referre, queror.  
 Per reditus, corpusq; tuum mea numina iuro,  
 Perq; pares animi, coniugijq; faces,  
 Perq; quod ut uideam canis albere capillis,  
 Quod tecum possis ipse referre caput,  
 Me tibi uenturam comitem, quocunq; uocaris,  
 Siue quod heu timeo, siue superstes eris.  
 Vltima mandato claudatur epistola paruo,  
 Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui.

\* LINO

## HYPERMNESTRA \*LYNCEO.

**M**ittit Hypermnestra de tot modo fratribus uni:  
 Cetera nuptiarum crimine turba iacet.  
 Clausa domo teneor, graubusq; coercita uinclis,  
 Est mihi supplicij causa fuisse piam.  
 Quod manus extimuit iugulo demittere ferrum,  
 Sum rea: laudarer, si scelus ausa forem.  
 Esse ream præstat, quam sic placuisse parenti:  
 Non piget immunes cædis habere manus.  
 Me pater igne licet, quem non uiolauimus, urat,  
 Quæq; aderant sacris, tendat in ore faces:  
 Aut illo iugulet, quem non bene tradidit, ense,  
 Vt qua non cecidit uir nece, nupta cadat:  
 Non tamen, ut dicant morientia, poenitet, ora,  
 Efficiet: non est, quam piget esse piam.  
 Poeniteat sceleris Danaum, seuasq; sorores:  
 Hic solet euentus facta nefanda sequi.

Cor pauet admonitu temerata sanguine noctis,  
 Et subtilis dextra præpedit ossa tremor.  
 Quam tu cæde putes fungi potuisse mariti,  
 Scribere de facta non sibi cæde timet.  
 Sed tamen experiar, modò facta crepuscula terris:  
 Vltima pars noctis, primaq; lucis erat:  
 Ducimur Inachides sub magni tecta Pelasgi,  
 Et socer armatas accipit ipse nurus.  
 Undique collucet præcinctæ lampades auro,  
 Dantur in inuitos impia tura fœcos,  
 Vulgus Hymen Hymenæe uocant, fugit ille uocantes,  
 Ipsa Iouis coniux cecit ab orbe sua.  
 Ecce mero dubij comitum clamore frequentes  
 Flore nouo madidas impediende comas,  
 In thalamos leti, thalamos sub busta feruntur,  
 Strataq; corporibus funere digna premunt.  
 Iamq; cibo, uinoq; graues, somnoq; iacebant,  
 Securumq; quies alta per Argos erat.  
 Circum me gemitus morientum audire uidebar,  
 Et tamen audieram, quodq; uerebar, erat.  
 Sanguis abit, mentemq; calor, corpusq; reliquit,  
 Inq; nouo iacui frigida facta toro.  
 Vtq; leui Zephyro graciles uibrantur aristæ,  
 Frigida populeas ut quatit aura comas,  
 Aut sic, aut etiam tremui magis, ipse iacebas,  
 Quæq; tibi dederam uina soporis erant.  
 Excussere metum uiolenti iussa parentis,  
 Erigor, & capio tela tremente manu.  
 Non ego falsa loquor, ter acutum sustulit ensem,  
 Ter male sublato decidit ense, manus.  
 At rursus monitis, iussuq; coacta parentis

Cor

ee \*

Admo

Admoui iugulo tela paterne tuo.

Sed timor, & pietas crudelibus obsitit ausis,

Castaq; mandatum dextra refugit opus.

Purpureos laniata sinus, laniata capillos,

Exiguo dixi talia uerba sono:

Sæuus Hypermnestra pater est tibi, iussa parentis

Effice, germanis sit comes iste suis.

Fœmina sum, & uirgo natura mitis, & annis:

Non faciunt molles ad fera bella manus.

Quin age, dumq; licet, fortes imitare sorores,

Credibile est cæsos omnibus esse uiros.

Si manus hæc aliquam posset committere cædem,

Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.

Quid meruere necem patruelia regna tenendo?

Quæ tamen externis danda forent generis?

Finge uiros meruisse mori, quid fecimus ipsæ?

Quo mihi commisso non licet esse piæ?

Quid mihi cum ferro? quid bellicata puellæ?

Aptior est digitis lana, colusq; meis.

Hæc ego, dumq; queror, lacrymæ sua uerba sequuntur,

Deq; meis oculis in tua membra cadunt.

Dum petis amplexus, sopitaq; brachia iactas,

Penè manus telo saucia facta tua est.

Iamq; patrem, famulosq; patris, lucemq; timebam,

\*dicta Expulerant somnos hæc mea uerba tuos:

Surge age Belide de tot modo fratribus unus:

Nox tibi, ni properes, ista perennis erit.

Territus exurgis, fugit omnis inertia somni,

Aspicias in timida fortia tela manu.

Querenti causam, dum nox sinit, effuge dixi:

Dum nox atra sinit, tu fugis: ipsa moror.

Mane

Mane erat, & Danaus generos ex cæde iacentes

Dinumerat: summæ criminis unus abes.

Fert malè cognatæ iacturam mortis in uno,

Et queritur factum sanguinis esse parum.

Abstrahor à patrijs manibus, raptamq; capillis

(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.

Scilicet ex illo Iunonia permanet ira,

Quo bos ex homine est, ex boue facta Dea.

Ab satis est pœnæ teneram mugisse puellam,

Nec modò formosam posse placere Ioui.

Assitit in ripa liquidi noua uacca parentis,

Cornuaq; in patrijs non sua uidit aquis.

Et conata loqui, mugitus edidit ore,

Territaq; est forma, territa uoce sua.

Quid furis infelix? quid te miraris in unda?

Quid numeras factos ad noua membra pedes?

Ipsi Iouis magni pellex metuenda sorori

Fronde leuas nimiam, cespitibusq; famem.

Fonte bibis, spectasq; tuam stupefacta figuram,

Et te ne feriãt, quæ geris, arma times.

Quæq; modò, ut posses etiam Ioue digna uideri,

Diues eras, nuda nuda recumbis humo.

Per mare, per terras, cognataq; flumina curris:

Dat mare, dant amnes, dat tibi terra uiam.

Quæ tibi causa fugæ? quid Iò freta longa pererras?

Non poteris uultus effugere ipse tuos.

Inachi quò properas? eadem sequerisq; fugisq;

Tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci.

Per septem Nilus portus emissus in æquor

Exiit insanæ pellicis ora bouis.

Ultima quid referam, quorum mihi cana senectus

cc 3

Autor?



Autor? dant anni quòd querar ecce mei.  
 Bella pater, patruusq; gerunt, regnoq; domoq;  
 Pellimur, eiectas ultimus orbis habet.  
 Ille ferox solus solio, sceptrisq; potitur,  
 Cum sene nos inopi turba uagamur inops.  
 De fratrum turba pars exquisitissima restat:  
 Quiq; dati leto, quæq; dedere, fleo.  
 Nam mihi quot fratres, totidem periere sorores:  
 Accipiat lacrymas utraque turba meas.  
 En ego quòd uiuis, poenæ crucianda referuor:  
 Quid fiet fonti, cum rea \* mortis agar?  
 Et consanguineæ quondam centesima turbæ,  
 Infelix uno fratre manente cadam.  
 At tu, si qua pie \* Lynce est tibi cura sororis,  
 Quæq; tibi tribui munera, dignus habes,  
 Vel ser opem, uel dede neci, defunctaq; uita  
 Corpora furtiuus insuper adde rogis.  
 Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa,  
 Sculptaq; sint titulo nostra sepulcra breui:  
 Exul Hypermnestra, pretium pietatis iniquum,  
 Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.  
 Scribere plura libet, sed pondere lassa catenæ,  
 Est manus, & uires subtrahit ipse timor.

\* laudis

\* remanet  
tibi

## P A R I S H E L E N A E.

**H**anc tibi Priamides mitto Ledaæ salutem,  
 Quæ tribui sola te mihi dante potest.  
 Eloquar? an flammæ non est opus indice notæ?  
 Et plus, quàm uellem, iam meus extat amor.  
 Ille quidem lateat malim, dum tempora dentur  
 Lætitiæ mistos non habitura metus.

Sed

Sed malè dissimulo: quis enim celauerit ignem,  
 Lumine qui semper proditur ipse suos:  
 Si tamen expectas, uocem quoque rebus ut addam,  
 Vror, habes animi nuntia uerba mei.  
 Parce precor fasso, nec duro cætera uultu  
 Perlege, sed formæ conueniente tuæ.  
 Iandudum gratum est, quòd epistola nostra recepta est,  
 Spem facit hoc recipi me quoque posse modo.  
 Quæ rata sit, nec te frustra promiserit opto,  
 Hoc mihi quæ suasis mater Amoris iter.  
 Nanque ego diuino monitu, ne nescia pecces,  
 Aduhor, & coepto non leue numen adest.  
 Præmia magna quidem, sed non indebita posco,  
 Pollicita est thalamo te Cytherea meo.  
 Hac duce, Sigeo dubias à littore feci  
 Longa Phereclea per freta puppe uias.  
 Illa dedit faciles auræ, uentosq; secundos.  
 In mare \* (nil mirum) ius habet orta mari.  
 Præstet, & ut pelagi, sic pectoris adiunget æstus,  
 Deserat in portus & mea uota suos.  
 Attulimus flammæ, non hic inuenimus illas,  
 Hæ mihi tam longæ causæ fuere uicæ.  
 Nam neq; tristis hycems, neq; nos huc appulit error,  
 Tenaris est classi terra petita meæ.  
 Nec me crede fretum merces portante carina  
 Findere: quas habeo Dij tueantur opes.  
 Nec uenio Graias ueluti spectator ad urbes:  
 Oppida sunt regni diuitiora mei.  
 Te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro:  
 Te prius optaui, quàm mihi nota fores.  
 Ante tuos animo uidi, quàm lumine uultus:

\* nimirum

Prima

Prima fuit uultus nuntia fama tui.  
 Nec tamen est mirum, si sic ut oporteat, arcu  
 Missilibus telis eminus ictus amo.  
 Sic placuit fati, quæ ne conuellerent tentes,  
 Accipe cum uera dicta relata fide.  
 Matris adhuc utero partu remorante tenebar,  
 Iam grauidus iusto pondere uenter erat:  
 Illa sibi ingentem uisa sub imagine somni,  
 Flammiferam pleno reddere uentre facem.  
 Territa consurgit, metuendaq; noctis opacæ  
 Visa seni Priamo, uatibus ille refert.  
 Arsurum Paridis uates canit lilion igni.  
 Pectoris ut nunc est, fax fuit illa mei.  
 Forma, uigorq; animi, quamuis de plebe uidebar,  
 Indicium tectæ nobilitatis erat.  
 Est locus in mediæ nemorosæ uallibus Idaæ  
 Deuius, & picetis, ilicibusq; frequens:  
 Qui nec ouis placidæ, nec amantis saxa capellæ,  
 Nec patulo tarda carpitur ore bouis.  
 Hinc ego Dardaniæ muros, excelsaq; tectæ,  
 Et freta prospiciens, arbore nixus eram.  
 Ecce pedum pulsus uisa est mihi terra moueri:  
 Vera loquar, uero uix habitura fidem.  
 Constitit ante oculos actus uelocibus alis  
 Atlantis magni, Pleiõnesq; nepos.  
 Fas uidisse fuit, fas sit mihi uisa referre,  
 Inq; Dei digitis aurea uirga fuit.  
 Tresq; simul diuæ, Venus, & cum Pallade Iuno  
 Graminibus teneros imposuere pedes.  
 Obstupui, gelidusq; comas erexerat horror,  
 Cum mihi, pone metum, nuntius ales ait.

Arbitraberis formæ, certamina siste Dearum  
 Vincere quæ forma digna sit una duas.  
 Ne uere recusarem uerbis Iouis imperat, & se  
 Protinus æthereæ tollit in astra uia.  
 Mens mea conualuit, subitoq; audacia uenit:  
 Nec timui uultu quanque notare meo.  
 Vincere erant omnes dignæ, iudexq; uerebar  
 Non omnes omnesam uincere posse suam.  
 Sed tamen ex illis iam tunc magis una placebat,  
 Hanc esse ut scires, unde mouetur amor.  
 Tantaq; uincendi cura est, ingentibus ardent  
 Iudicium donis sollicitare meum.  
 Regna Iouis coniux, uirtutem filia iactat:  
 Ipse potens dubito, fortis an esse uelim.  
 Dulce Venus risit: nec te Pari munera tangant,  
 Vtraque suspensi plena timoris, ait.  
 Nos dabimus quod ames, & pulchræ filia Ledæ  
 Ibit in amplexus pulchrior illa tuos.  
 Dixit, & ex æquo donis, formaq; probata  
 Victorem cælo rettulit illa pedem.  
 Interea (credo uersis ad prospera fatiis)  
 Regius agnoscor per rata signa puer.  
 Læta domus nato per temporal longa recepto:  
 Addit & ad festos hunc quoque Troia diem.  
 Utq; ego te cupio, sic me cupiere puellæ:  
 Multarum uotum sola tenere potes.  
 Nec tantum regum natæ petiere, ducumq;  
 Sed Nymphis etiam curaq; amorq; fuit.  
 At mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam  
 Coniugij spes est Tindari facta tui.  
 Te uigilans oculis, animo te nocte uidebam,

Lumina cum placido uicta sopore iacent.  
 Quid facies præsens, quæ nondum uisa placebas?  
 Ardebam, quamuis hic procul ignis erat.  
 Nec potui debere mihi spem longius istam,  
 Cærulea peterem quin mea uota uia.  
 Troia cæduntur Phrygia pineta securi,  
 Quæq; erat æquoreis utilis arbor aquis.  
 Ardua proceris spoliantur Gargara syluis,  
 Innumerasq; mihi longa dat Ida trabes.  
 Fundatura citas flectuntur robora naues,  
 Textitur & costis panda carina suis.  
 Addimus antennas, & uela sequentia malos,  
 Accipit & pictos puppis adunca Deos.  
 Qua tamen ipsa uehor, comitata Cupidine paruo,  
 Sponsor coniugij stat Dea picta sui.  
 Imposita est factæ postquam manus ultima classi,  
 Protinus Aegæis ire iubebar aquis.  
 Et pater, & genitrix inhibent mea uota rogando,  
 Propositumq; uie uoce morantur iter.  
 Et soror effusis ut erat Cassandra capillis,  
 Cum uellent nostræ iam dare uela rates,  
 Quò ruis? exclamat, referes incendia tecum:  
 Quanta per has nescis flamma petatur aquas.  
 Vera fuit uates, dictos inuenimus ignes:  
 Et ferus in molli pectore flagrat amor.  
 Portubus egredior, uentisq; ferentibus usus  
 Applicor in terras Oebali Nympha tuas.  
 Excipit hospitio uir me tuus: hoc quoque factum  
 Non sine consilio, numinibusq; Deum.  
 Ille quidem ostendit, quicquid Lacedæmone tota  
 Ostendi dignum, conspicuumq; fuit.

Sed

Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,  
 Lumina nil aliud, quo caperentur, erat.  
 Ut uidi, obstupui, præcordiaq; intima sensi  
 Attonitus curis intonuisse nouis.  
 His similes uultus quantum reminiscor, habebat,  
 Venit in arbitrium cum Cytherea meum.  
 Si tu uenisses pariter certamen in illud,  
 In dubium Veneris palma futura fuit.  
 Magna quidem de te rumor præconia fecit,  
 Nullaq; de facie nescia terra tua est.  
 Nec tibi per usquam Phrygiam, nec solis ab ortu  
 Inter formosas altera nomen habet.  
 Credis & hoc nobis? minor est tua gloria uero,  
 Famaq; de forma penè maligna tua est.  
 Plus hic inuenio, quàm quod promiserat illa,  
 Et tua materia gloria uicta sua est.  
 Ergo arsit merito, qui nouerat omnia Theseus,  
 Et uisa es tanto digna rapina uiro:  
 More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra.  
 Ludis, & es nudis femina mista uiris  
 Quòd rapuit, laudo: miror, quòd reddidit unquam.  
 Tam bona constanter præda tenenda fuit.  
 Antè recessisset caput hoc ceruice cruenta,  
 Quàm tu de thalæmis abstraherere meis.  
 Te ne manus unquam nostræ dimittere uellent?  
 Te ne meo paterer uiuus abire sinu?  
 Sireddenda fores, aliquid tamen antè tulissem,  
 Nec Venus ex toto nostræ fuisset incers.  
 Vel tua uirginitas esset libata, uel illud,  
 Quod poterat salua uirginitate rapi.  
 Da modò te \* Paridi, quæ sit constantia nosces:

\*quæ sit Pa-  
ridis const.

Flamma

Flamma rogi flammæ finiet una meas.  
 Præposui regnis ego te, quæ maxima quondam  
 Pollicita est nobis nupta, sororq; Iouis,  
 Dumq; tuo possem circumdare brachia collo,  
 Contempta est uirtus Palladæ dante mihi,  
 Cùm Venus, & Iuno, Pallasq; in uallibus Idæ  
 Corpora iudicio supposuere meo.  
 Nec piget, aut nunquam stultè elegisse uidebor:  
 Permanet in uoto mens mea firma suo.  
 Spem modò ne nostram fieri patiare caducam  
 Deprecor, ò tanto digna labore peti.  
 Non ego coniugium generosæ degener opto,  
 Nec mea (crede mihi) turpiter uxor eris.  
 Pleiada, si quæras, in nostra gente, Iouemq;  
 Inuenies, medios ut taceamus auos.  
 Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior ora,  
 Finibus immensis uix obeunda tenet.  
 Innumeræ urbes, atque aurea testæ uidebis,  
 Quæq; suos dicas templa decere Deos.  
 Ilion aspicias, firmataq; turribus altis  
 Mœnia Phœbææ structa canore lyræ.  
 Quid tibi de turba narrem, numeroq; uirorum?  
 Vix populum tellus susinet illa suum.  
 Occurrent densò tibi Troades agmine matres,  
 Nec capient Phrygiæ atria nostra nurus.  
 O quoties dices, quàm pauper Achæia nostra est.  
 Vna domus quæ uis urbis habebit opes.  
 Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere uestram:  
 In qua tu nata es, terra beata mihi est.  
 Parca sed est Sparte, tu cultu diuite digna:  
 Ad talem formam non facit iste locus.

Hanc faciem largis sine fine paratibus uti,  
 Delicijsq; decet luxuriare nouis.  
 Cùm uideas cultus nostra de gente uirorum,  
 Quales Dardaniæ credis habere nurus?  
 Da modò te facilem, nec dedignare maritum  
 Rure Therapnæo nata puella Phrygem.  
 Phryx erat, & nostro genitus de sanguine, qui nunc  
 Cum Dijs potando nectare miscet aquas.  
 Phryx erat Auroræ coniux, tamen abstulit illum  
 Extremum noctis quæ Dea finit iter.  
 Phryx erat Anchises, uolucrum cui mater Amorum  
 Gaudet in Idæis concubuisse iugis.  
 Nec puto collatis forma Menelaus, & \* annis  
 Iudice te, nobis antefendus erit:  
 Non dabimus certè socerum tibi clara fugantem  
 Lumina, qui trepidos à dape uertat equos.  
 Nec Priamo pater est soceri de cæde cruentus,  
 Et qui Myrtoas crimine signet aquas.  
 Nec proauo Stygia nostro captantur in unda  
 Poma, nec in medijs quæritur humor aquis.  
 Quid tamen hoc refert? si te tenet ortus ab illis,  
 Cogitur huic domui Iuppiter esse socer.  
 Heu facinus, totis indignus noctibus ille  
 Te tenet, amplexu perfruiturq; tuo.  
 At mihi conspiceris posita uix denique mensa:  
 Multaq; quæ lædant, hoc quoque tempus habet.  
 Hostibus eueniant conuiuia talia nostris,  
 Experior posito qualia sæpe mero.  
 Pœnitet hospitij, cùm me spectante lacertos  
 Imponit collo rusticus ille tuo.  
 Rumpor, & inuideo (quid nunc tamen omnia narrem?)

\* armis

Membra superiecta cum tua ueste fouet:  
 Oscula cum uero coram non dura daretis,  
 Ante oculos posui pocula sumpta meos:  
 Lumina demitto, cum te tenet artius ille:  
 Crescit & inuito lentus in ore cibus.  
 Sæpe dedi gemitus, & te lasciuia notauī,  
 In gemitu risum non tenuisse meo.  
 Sæpe mero uolui flammam comperescere, at illa  
 Creuit, & ebrietas ignis in igne fuit.  
 Multaq; ne uideam, uersa ceruice recumbo:  
 Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.  
 Quid faciam dubito, dolor est meus ista uidere,  
 Sed dolor à facie maior abesse tua est.  
 Quà licet, & possum, luctor celare furorem, |  
 Sed tamen apparet dissimulatus amor.  
 Nec tibi uerba damus, sentis mea uulnera, sentis:  
 Atque utinam soli sint ea nota tibi.  
 Ah quoties lacrymis uenientibus ora reflexi,  
 Ne causam fletus quereret ille mei.  
 Ah quoties aliquam narraui potus amorem,  
 Ad uultus referens singula uerba tuos.  
 Indiciumq; mei ficto sub nomine feci:  
 Ille ego, si nescis, uerus amator eram.  
 Quin etiam, ut possem uerbis petulantibus uti,  
 Non semel ebrietas est simulata mihi.  
 Proditæ sunt (memini) tunica tua per tectora laxa,  
 Atque oculis aditum nuda dedere meis:  
 Pectora uel puris niuibus, uel lacte, tuamq;  
 Complexo matrem candidiora Ioue.  
 Dum stupeo uisis (nam pocula forte tenebam)  
 Tortilis à digitis excidit ansa meis.

Oscula

Oscula si natæ dederas, ego protinus illa  
 Hermiones tenero letus ab ore tuli.  
 Et modò cantabam ueteres resupinus amores,  
 Et modò per nutum signa tegenda dabam.  
 Et comitum primas Clymenenq; Aethramq; tuarum  
 Ausus sum blandis nuper adire sonis.  
 Quæ mihi nil aliud, quàm formidare, locutæ,  
 Orantis medias deseruere preces.  
 Dij facerent pretium magni certaminis esses,  
 Teq; suo posset uictor habere toro.  
 Vt tulit Hippomenes Schoeneida præmia cursus,  
 \* Quæ propero cursu uicerat ante procos:  
 Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit,  
 Dum petit amplexus Deianeira tuos.  
 Nostra per has leges audacia fortiter issset,  
 Teq; mei scires esse laboris opus.  
 Nunc mihi nil superest, nisi te formosa precari,  
 Amplectiq; tuos, si patiare, pedes.  
 O decus, o præsens geminorum gloria fratrum,  
 O Ioue digna uiro, ni Ioue nata fores.  
 Aut ego Sigeos repetam te coniuge portus,  
 Aut hic Tænaria contegar exul humo.  
 Non mea sunt summa leuiter districta sagitta  
 Pectora: descendit uulnus ad ossa meum.  
 Hoc mihi (nam recolo) fore ut à cæleste sagitta  
 Figar, erat uerax uaticinata foror.  
 Parce datum fati Helene contemnere amorem,  
 Sic habeas faciles in tua uota deos.  
 Multa quidem subeunt, sed coram ut plura loquamur,  
 Excipe me lecto nocte silente tuo.  
 An pudet, & metuis Venerem temerare maritam,

\* Venit ut in  
 Phrygios  
 Hippodam  
 na sinus

ff 2

Castaq;

Castaꝫ; legitimi fallere iura tori?  
 Ah nimum simplex Helene, ne rustica dicam,  
 Hanc faciem culpa posse carere putas?  
 Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est:  
 Lis est cum forma magna pudicitia.  
 Iuppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis.  
 Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouem.  
 Vix fieri, si sint uires in semine amorum,  
 Et Iouis, & Ledaë filia, casta potes.  
 Casta tamen tunc sis, cum te mea Troia tenebit,  
 Et tua sim quæso crimina solus ego.  
 Nunc ea peccemus, quæ corriget hora iugalis,  
 Si modo promisit non mihi uana Venus.  
 Sed tibi & hoc suadet rebus, non uoce, maritus,  
 Ne'ue sui furtis hospitis obstet, abest.  
 Non habuit tempus, quo Cresia regna uideret  
 Aptius: ò mira calliditate uirum.  
 \* Exit & \* Ipse abit, Idæi mando tibi dixit iturus  
 Curam pro nobis hospitis uxor agas.  
 Negligis absentis (testor) mandata mariti,  
 Cura tibi non est hospitis ulla tui.  
 Huccine tu speras hominem sine pectore, dotes  
 Posse satis formæ Tyndari nosse tuæ?  
 Falleris, ignorat: nam si bona magna putaret,  
 Quæ tenet, externo crederet illa uiro?  
 Ut te nec mea uox, nec te meus incitet ardor,  
 Cogimur ipsius commoditate frui.  
 Aut erimus stulti, sic ut superemus & ipsum,  
 Si tam securum tempus abibit iners.  
 Penè suis manibus ad te deduxit amantem:  
 Vtere mandantis simplicitate uiri.

Sola iaces uiduo tam longa nocte cubili,  
 In uiduo iaceo solus & ipse toro.  
 Te mihi, meꝫ; tibi communia gaudia iungant.  
 Candidior medio nox erit illa die.  
 Tunc ego iurabo quæuis tibi numina, meꝫ;  
 Astringam uerbis in sacra iura meis.  
 Tunc ego, si non est fallax fiducia nostri,  
 Efficiam, præsens ut mea regna petas.  
 Si pudet, & metuis, ne me uideare secuta,  
 Ipse reus sine te criminis huius ero.  
 Nam sequar Aegidæ factum, fratrumꝫ; tuorum:  
 Exemplo tangi non propiore potes.  
 Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi:  
 Quartus in exemplis annumerabor ego.  
 Troica classis adest armis instructa, uirisꝫ;  
 Iam facient celeres remus, & aura uias.  
 Ibis Dardaniæ ingens regina per urbes,  
 Teꝫ; nouam credet uulgus adesse Deam.  
 Quæꝫ; feres gressus, adolebunt cinnama flammæ,  
 Cæsãꝫ; sanguineam uictima planget humum.  
 Dona pater, fratresꝫ; & cum genitrice sorores,  
 Iliadesꝫ; omnes, totaꝫ; Troia dabit.  
 Hei mihi uix à me pars dicitur ulla futuri:  
 Plura feres, quàm quæ littera nostra refert.  
 Nec tu rapta time ne nos fera bella sequantur:  
 Concitet & uires Græcia tota suas.  
 Tot prius abductis, ecquæ est repetita per arma?  
 Crede mihi, uanos res habet ista metus.  
 Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces,  
 Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.  
 Phasida puppe noua uexit Pagæus Iason,

Læsa nec est Colcha Theſſala terra manu.  
 Te quoque qui rapuit, rapuit Minoïda Theſcus,  
 Nulla tamen Minos Cretas ad arma uocat.  
 Terror in his ipſo maior ſolet eſſe periclo:  
 Quæq; timere libet, pertimuiſſe pudet.  
 Finge tamen, ſi uiſ, ingens conſurgere bellum,  
 Et mihi ſuut uires, & mea tela nocent.  
 Nec minor eſt Aſiæ, quam ueſtræ copia terræ:  
 Illa uiris diues, diues abundat equis.  
 Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,  
 Quam Paris, aut armis anteferendus erit.  
 Penè puer cæſis abducta armenta recepi  
 Hoſtibus, & cauſam nominis inde tuli.  
 Penè puer iuuenes uario certamine uici,  
 In quibus Ilioneus, Deiphobusq; fuit.  
 Ne ue putes, non me niſi comminus eſſe timendum,  
 Figitur in iuſſo noſtra ſagitta loco.  
 Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ,  
 Inſtruere Atridem non potes arte mea.  
 Omnia ſi dederis, nunquam dabis Hectora fratrem,  
 Vnus is innumeri militis inſtar erit.  
 Quid ualeam, niſi ſis, & te mea robora fallunt:  
 Ignoras, cui ſis nupta futura uiro.  
 Aut igitur nullo belli repetere tumultu,  
 Aut cedent Marti Dorica caſtra meo.  
 Nec tamen indignè pro tanta ſumere bellum  
 Coniuge: certamen præmia magna mouent.  
 Tu quoque, ſi de te totus contenderit orbis,  
 Nomen ab æterna poſteritate ferēs.  
 Spe modò non timida Dijs hinc egreſſa ſecundis,  
 Exige cum plena munera pacta fide.

Nunc oculos tua cum uiolarit epistoſa noſtros,  
 Non reſcribendi gloria uiſa leuis.  
 Auſus es hoſpitij temeratis aduena ſacris  
 Legitimam nuptæ ſollicitare fidem?  
 Scilicet idcirco uentosa per æquora uectum  
 Excepit portu Tænaris ora ſuo,  
 Nec tibi, diuerſa quamuis à gente uenires,  
 Oppoſitas habuit regia noſtra fores,  
 Eſſet ut \* hoſpitij merces iniuria tanti?  
 Qui ſic intrabas, hoſpes, an hoſtis eras?  
 Nec dubito quin hæc, cum ſit tam iuſta, uocetur  
 Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.  
 Ruſtica ſim ſanè, dum non oblita pudoris,  
 Dumq; tenor uitæ ſit ſine labe meæ,  
 Si non eſt ficto uultus mihi triſtis in ore,  
 Nec ſedeo duris torua ſupercilijs:  
 Fama tamen clara eſt, & adhuc ſine crimine \* uixi,  
 Et laudem de me nullus adulter habet.  
 Quo magis admiror, quæ ſit fiducia cœpto,  
 Spemq; tori dederit quæ tibi cauſa mei.  
 An quia uim nobis Neptunius attulit heros?  
 Rapta ſemel, uideor bis quoque digna rapi?  
 Crimen erat noſtrum, ſi delinqua fuiſſem,  
 Cum ſim rapta, meum quid niſi nolle fuit?  
 Nec tamen è factò fructum tulit ille petitem,  
 Excepto redij paſſa timore nihil.  
 Oſcula \* luſtando tantummodo pauca proteruus  
 Abſtulit: ulterius nil habet ille mei.  
 Quæ tua nequitia eſt, non his contenta fuiſſet:

\*officij

\*luſi

\*luſtanti

Dij melius : similis non fuit ille tui.  
 Reddidit intactam, minuitq; modestia crimen,  
 Et iuuenem facti poenituisse patet.  
 Thesca poenituit, Paris ut succederet illi,  
 Néquando nomen non sit in ore meum.  
 Nec tamen irascor: quis enim succenset amanti?  
 Si modò, quem præsers, non simulatur amor.  
 Hoc quoque enim dubito, non quòd fiducia desit,  
 Aut mea sit facies non bene nota mihi:  
 Sed quia credulitas damno solet esse puellis,  
 Verbaq; dicuntur uestra carere fide.  
 At peccant aliæ, matronaq; rara pudica est:  
 Quis prohibet raris nomen inesse meum?  
 Nam mea quòd uisa est tibi mater idonea, cuius  
 Exemplo flecti me quoque posse putes:  
 Matris in admissio falsa sub imagine luse  
 Error inest, pluma tectus adulter erat.  
 Nil ego, si peccem, possum nescisse: nec ullus  
 Error, qui facti crimen obumbret, erit.  
 Illa bene errauit, uitiumq; autore \* leuauit.  
 Felix in culpa quo Ioue dicar ego?  
 Et genus, & proauos, & regia nomina iactas:  
 Clara domus satis hæc nobilitate sua est.  
 Iuppiter ut soceri proauus taceatur, & omne  
 Tantalide Pelopis, Tyndarei; genus,  
 Dat mihi Læda Iouem cycno decepta parentem,  
 Quæ falsam gremio credula fuit auem.  
 I nunc, & Phrygiæ claræ primordia gentis,  
 Cumq; suo Priamo Laomedonta refer.  
 Quos ego suspicio: sed, qui tibi gloria magna est  
 Quintus, is à nostro sanguine primus erit.

\*redemit

Sceptra

Sceptra tuæ quamuis rear esse potentia Troiæ,  
 Non tamen hæc illis esse minora puto.  
 Si iam diuitijs locus hic, numeroq; uirorum  
 Vincitur, at certè Barbara terra tua est.  
 Munera tanta quidem promittit epistola diues,  
 Ut possint ipsas illa mouere Deas.  
 Sed si iam uellem fines transire pudoris,  
 Tu maior culpæ causa futurus eras.  
 Aut ego perpetuò famam sine labe tenebo,  
 Aut ego te potius quàm tua dona sequar.  
 Vtq; ea non sperno, sic acceptissima semper  
 Munera sunt, autor quæ pretiosa facit.  
 Plus multò est, quòd amas, quòd sum tibi causa laboris,  
 Quòd tam per longas spes tua uenit aquas.  
 Illa quoque apposita quæ nunc facis improbe mensa,  
 Quamuis expediât dissimulare, noto.  
 Tu modò me spectas oculis lasciue proteruis,  
 Quos uix instantes lumina nostra ferunt.  
 Et modò suspiras, modò pocula proxima nobis  
 Sumis: qua; bibi, tu quoque parte bibis.  
 Ah quoties digitis, quoties ego tecta notauit  
 Signa supercilio penè loquente dari.  
 Et sæpe extimui, ne uir meus illa uideret,  
 Non satis occultis erubuiq; notis.  
 Sæpe uel exiguo, uel longo murmure dixi,  
 Nil pudet hunc, nec uox hæc mea falsa fuit.  
 Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro,  
 Quod deducta mero littera fecit, amo.  
 Credere me tamen hoc oculo renuente negaui,  
 Hei mihi, iam didici, sic quoque posse loqui.  
 His ego blanditijs si peccatura fuissetem,

ff 3

Flectet



Flecterer, his poterant pectora nostra capi.  
 Est quoque (confiteor) facies tibi rara, potestq;  
 Velle sub amplexus ire puella tuos.  
 Altera sed potius felix sine crimine fiat,  
 Quam cadat externo noster amore pudor.  
 Disce meo exemplo, formosis posse carere:  
 Est uirtus placitis abstinnisse bonis.  
 Quam multos credis iuuenes optare, quod optas?  
 Qui sapiant, oculos an Paris unus habes?  
 Non tu plus cernis, sed plus temerarius audes:  
 Non tibi plus cordis, sed minus oris inest.  
 Tunc ego te uellem celeri uenisse carina,  
 Cum mea uirginitas mille petita procis.  
 Si te uidissem, primus de mille fuisses.  
 Iudicio ueniam uir dabit ipse meo.  
 Ad possessa uenis, præceptaq; gaudia serus:  
 Spes tu lenta fuit: quod petis, alter habet.  
 Vt tamen optarem fieri tua Troica coniux,  
 Inuitam sic me non Menclaus habet.  
 Desine molle precor uerbis conuellerè pectus,  
 Ne ue mihi, quam te dicis amare, noce.  
 Sed sine quam tribuit sortem fortuna, tueri,  
 Nec spoliū nostrī turpe pudoris habe.  
 At Venus hoc pacta est, & in altæ uallibus Idæ  
 Tres tibi se nudas exhibuere Deæ.  
 Vnâq; cum regnum, belli daret altera laudem,  
 Tyndaridis coniux tertia dixit eris.  
 Credere uix equidem cœlestia numina possum  
 Arbitrio formam supposuisse tuo.  
 Vtq; sit hoc uerum, certè pars altera ficta est,  
 Iudicij pretium qua data dicar ego.

Non est tanta mei fiducia corporis, ut me  
 Maxima teste dea dona fuisse putem.  
 Contenta est oculis hominum mea forma probari,  
 Laudatrix Venus est \* invidiosa mihi.  
 Sed nihil \* in sinuo, faueo quoque laudibus istis:  
 Nam mea uox quare, quod cupit, esse neget?  
 Nec tu succense nimium mihi creditus egre:  
 Tarda solent magnis rebus inesse fides.  
 Prima mea est igitur Veneri placuisse uoluptas,  
 Proxima me uisam præmia summa tibi.  
 Nec te Palladios, nec te Iunonis honores  
 Auditis Helenes præposuisse bonis.  
 Ergo ego sum uirtus, ego sum tibi nobile regnum:  
 Ferrea sim, si non hoc ego pectus amem.  
 Ferrea, crede mihi, non sum, sed amare recuso  
 Illum, quem fieri uix puto posse meum.  
 Quid bibulum curuo proscindere littus aratro,  
 Spemq; sequi coner, quam locus ipse negat?  
 Sum rudis ad Veneris furtum, nullaq; fidelem  
 (Dij mihi sunt testes) lusinus arte uirum.  
 Nunc quoque, quod tacito mando mea uerba libello,  
 Fungitur officio littera nostra nouo.  
 Felices, quibus usus adest: ego nescia rerum  
 Difficilem culpæ suspicor esse uiam.  
 Ipse malo metus est, iam nunc confundor, & omnes  
 In nostris oculis uultibus esse reor.  
 Nec reor hoc falsò, sensi mihi murmur a uulgi,  
 Et quædam uoces retulit Aethra mihi.  
 Attu dissimul., nisi tu desistere mauis.  
 Sed cur desistas? dissimulare potes.  
 Lude, sed occultè: maior, non maxima nobis

\* inuidiosa

\* infirmo

\* si

Est data libertas, quod Menelaus abest.

Ille quidem procul est, ita re cogente, profectus:

Magna fuit subitæ, iustaq; causæ uiræ.

\* iussum At mihi sic usum est, ego, cum dubitaret, an iret,

Quam primum, dixi, fac rediturus eas.

Omne letatus dedit oscula: resq; domusq;

Et tibi sit curæ Troicis hospes, ait.

Vix tenui risam: quem dum compescere luctor,

Nil illi potui dicere, præter, erit.

Vela quidem uentis Creten dedit ille secundis,

Sed tu non ideo cuncta licere puta.

Sic meus hinc uir abest, ut me custodiat absens:

An nescis longas regibus esse manus?

Fama quoque est oneri: nam quod constantius ore

Laudamur uestro, iustius ille timet.

Quæ iuuat, ut nunc est, eadem mihi gloria damno est,

Et melius famæ uerba dedisse fuit.

Nec quod abest, hic me tecum mirare relictam:

Moribus, & uitæ credidit ille meæ.

De facie metuit, uitæ confidit, & illum

Securum probitas, forma timere facit.

Tempora ne pereant ultro data præcipis, utq;

Simplicis utamur commoditate uiri.

Et libet, & timeo, nec adhuc exacta uoluntas

Est satis, in dubio pectora nostra labant.

Et uir abest nobis, & tu sine coniuge dormis,

Inq; uicem tua me, te mea forma capit.

Et longæ noctes, & iam sermone comus,

Et tu (me miseram) blandus, & una domus.

Et peream, si non inuitent omnia culpam:

Nescio quo tardor sed tamen ipsa metu.

Quod

Quod male persuades, utinam bene cogere posses,

Sic mea rusticitas excutienda foret.

Utilis interdum est ipsis iniuria passis.

Sic certè felix ipsa coacta forem.

Dum nouus est, cæpto potius pugnemus amori:

Flamma recens parua sparsa resedit aqua.

Certus in hospitibus non est amor: errat, ut ipsi:

Cumq; nihil speres firmius esse, fugit.

Hypsipyle testis, testis Minoia uirgo,

In non exhibitis utraque iuncta toris.

Tu quoque dilectam multos infide per annos

Diceris Oenonem deseruisse tuam.

Nec tamen ipse negas, & nobis omnia de te

Querere, si nescis, maxima cura fuit.

Adde, quod ut cupias constans in amore manere,

Non potes, expedient iam tua uela Phryges.

Dum loqueris mecum, dum nox sperata paratur,

Qui ferat in patriam iam tibi uentus erit.

Cursibus in medijs nouitatis plena relinques

Gaudia: cum uentis noster abibit amor.

An sequar, ut suades, laudataq; Pergama uisam?

Pronurus & magni Laomedontis ero?

Non ita contemno uolueris præconia famæ,

Vt probris terras impleat illa meas.

Quid de me poterit Sparte? quid Achaia tota?

Quid gentes Asiae? quid tua Troia loqui?

Quid Priamus de me? Priami quid sentiet uxor?

Totq; tui fratres, Dardaniæq; nurus?

Tu quoque, qui poteris fore me sperare fidelem?

Et non exemplis anxius esse tuis?

Quicumque Iliacos intrauerit aduena portus,

Is tibi

Is tibi solliciti causa timoris erit.  
 Ipse mihi quoties iratus, adultera, dices,  
 Oblitus nostro crimen inesse tuum:  
 Delicti fies idem reprehensor, & autor:  
 Terra precor uultus obruat ante meos.  
 At fruar Iliacis opibus, cultiq; beato,  
 Donaq; promissis uberiora feram:  
 Purpura nempe mihi, pretiosaq; textu dabuntur,  
 Congestoq; auri pondere diues ero:  
 Da ueniam fuisse, non sunt tua munera tanti,  
 Nescio quo tellus me tenet ista modo.  
 Quis mihi, si Ledar, Phrygijs succurret in oris?  
 Vnde petam fratris, unde parentis opem?  
 Omnia Medea fallax promisit Iason:  
 Pulsa est Aesoniam non minus illa domo.  
 Non erat Aectes, ad quem despecta rediret,  
 Non Ipsa parens, Chalciopeq; soror.  
 Tale nihil timeo, sed nec Medea timebat.  
 Fallitur augurio spes bona saepe suo.  
 Omnibus inuenies, quae nunc iactantur in alto,  
 Nauibus, à portu lene fuisse fretum.  
 Fax quoque me terret, quam se peperisse cruentam  
 Ante diem partus est tua uisa parens.  
 Et uatum timco monitus, quos igne Pelasgo  
 Ilium arsurum praemonuisse ferunt.  
 Utq; fauet Cytherea tibi, quia uicit, habetq;  
 Partha per arbitrium bina trophaea tuum,  
 Sic illas timeo, quae, si tua gloria uera est,  
 Iudice te causam non tenuere duae.  
 Nec dubito, quin, te si persequar, arma parentur:  
 Ibit per gladios (hei mihi) noster amor.

An fera Centauris indicere bella coëgit  
 Athracis Aemonios Hippodameta uiros?  
 Tu fore tam lentum iusta Menelaon in ira,  
 Et geminos fratres, Tyndareumq; putas?  
 Quod bene te iactas, & fortia facta recenses,  
 A uerbis facies disidet ista tuis.  
 Apti magis Veneri, quam sunt tua corpora Marti:  
 Bella gerant fortes, tu Pari semper ama.  
 Hecora, quem laudas, pro te pugnare iubeto:  
 Militia est operis altera digna tui.  
 His ego si saperem, pauloq; audacior essem,  
 Vterer: utetur, si qua puella sapit.  
 Aut ego deposito faciam fortasse pudore,  
 Et dabo conuictas tempore uicta manus.  
 Quod petis, ut furtim praesentes ista loquamur,  
 Scimus quid captes, colloquiumq; uoces.  
 Sed nimium properas, & adhuc tua messis in herba est:  
 Hæc mora fit uoto forsitan amica tuo.  
 Hactenus arcanum furtiue conscia mentis  
 Littera iam lasso pollice sistat opus.  
 Cætera per socias Clymenen, Aethramq; loquemur,  
 Quae mihi sunt comites, consiliumq; duae.

## LEANDER AD HERO.

Mittit Abydenus, quam mallet ferre salutem,  
 Si cadat \* unda maris, Sesta puella, tibi.  
 Si mihi Dij faciles, & sunt in amore secundi,  
 Inuitis oculis hæc mea uerba leges.  
 Sed non sunt faciles: nam cur mea uota morantur?  
 Currere me nota non patiuntur aqua.  
 Ipsa uides cælum pice nigrius, & freta uentis

\*ira

Turb

Turbida, perq; cauas uix adeunda rates.  
 Vnus, & hic audax, à quo tibi litera nostra  
 Redditur, à portu nauita fecit iter.  
 Ascensurus eram, nisi quòd dum uincula proræ  
 Solueret, in speculis omnis Abydos erat.  
 Non poteram celare meos, uelut antè, parentes:  
 Quemq; tegi uolumus, non latuisset amor.  
 Protinus hæc scribens felix i littera dixi,  
 Iam tibi formosam porriget illa manum.  
 Forsthan admotis etiam tangere labellis.  
 Rumpere dum niuico uincula dente uolet.  
 Talibus exiguo dictis mihi murmure uerbis,  
 Cætera cum charta dextra locuta mea est.  
 Ah quanto mallem, quam scriberet, illa nataret,  
 Meq; per assuetas sedula ferret aquas.  
 Aptior illa quidem placido dare uerbera ponto,  
 Est tamen & sensus apta ministra mei.  
 Septima nox agitur, spatium mihi longius anno,  
 Sollicitum raucis quòd mare feruet aquis.  
 His ego si uidi mulcentem pectora somnum  
 Noctibus, insani sit mora longa freti.  
 Rupe sedens aliqua spectro tua littora tristis,  
 Et quò non possum corpore, mente feror.  
 Lumina quinetiam summa uigilantia turre  
 Aut uidet, aut acies nostra uidere putat.  
 Ter mihi deposita est in sicca uestis arena,  
 Ter graue tentauì carpere nudus iter.  
 Obsitit inceptis tumidum iuuenilibus æquor,  
 Mersit & aduersis ora natantis aquis.  
 At tu de rapidis immansuetissime uentis,  
 Quid mecum certa prælia mente geris?

In me, si nescis Borea, non æquora, seuis:  
 Quid faceres, esset ni tibi notus amor?  
 Tam gelidus cum sis, non te tamen improbe quondam  
 Ignibus Actæis incaluisse negas.  
 Gaudia rapturo si quis tibi\* rumpere uellet  
 Aërios aditus, quo paterere modo?  
 Parce precor, facilemq; moue moderantius auram:  
 Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.  
 Vana peto, precibusq; meis obmurmurat ipse,  
 Quasq; quatit, nulla parte coërcet aquas.  
 Nunc daret audaces utinam mihi Dædalus alas,  
 Icarium quamuis hic propè littus adest.  
 Quicquid erit, patiar, liceat modò corpus in auras  
 Tollere, quod dubia sæpe pependit aqua.  
 Interea dum cuncta negant uentiq; fretumq;  
 Mente agito furti tempora prima mei.  
 Nox erat incipiens (nanque est meminisse uoluptas)  
 Cum foribus patrijs egrediebar amans.  
 Nec mora, deposito pariter cum ueste timore,  
 Iactabam liquido brachia lenta mari.  
 Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,  
 Ut comes in nostras officiosa uias.  
 Hanc ego suspiciens, faucas ò candida dixi,  
 Et subeant animo Latmia saxa tuo.  
 Non sinit Endymion te pectoris esse seueri,  
 Fleste precor uultus ad mea furta tuos.  
 Tu dea mortalem cælo delapsa petebas  
 (Vera loqui liceat) quam sequor, ipsa dea est.  
 Neu referam mores cœlesti pectore dignos,  
 Forma nisi in ueras non cadit illa deas.  
 A Veneris facie non est prior ulla, tuaq;

\*claudere

Ne'ue meis credas uocibus, ipsa uide.  
 Quantum, cum radijs fulges argentea puris,  
 Concedunt flammis sydera cuncta tuis,  
 Tantò formosis formosior omnibus illa est.  
 Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.  
 Hæc ego, uel certè non his diuersa locutus,  
 Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.  
 Vnda reperussæ radiabat imagine Lunæ,  
 Et nitor in tacita nocte diurnus erat.  
 Nullaq; uox unquam nostras ueniebat ad aures,  
 Præter dimotæ corpore murmur aquæ.  
 Halcyones solæ memores Cæcyis amati  
 Nescio quid uisæ sunt mihi dulcè queri.  
 Iamq; fatigatis humero sub utroque lacertis,  
 Fortiter in summas erigor altus aquas.  
 Vt procul aspexi lumen, meus ignis in illo est,  
 Illa meum, dixi, littora lumen habent.  
 Et subito lapsis uires rediere lacertis,  
 Visq; quàm fuerat, mollior unda mihi.  
 Frigora ne possim gelidi sentire profundi,  
 Qui calet in cupido pectore, præstat amor.  
 Quò magis accedo, propioraq; littora fiunt,  
 Quoq; minus restat, plus libet ire mihi.  
 Cùm uerò possum cerni quoque, protinus addis  
 Spectatrix animos, ut ualeamq; facis.  
 Tunc etiam nando domine placuisse laboro,  
 Atque oculis iacto brachia nostra tuis.  
 Te tua uix prohibet nutrix descendere in altum:  
 Hoc etenim uidi, nec mihi uerba dabas.  
 Nec tamen effecit, quamuis retinebat euntem,  
 Ne fieret prima pes tuus uerus aqua:

Excipit

Excipis amplexu, feliciaq; oscula iungis,  
 Oscula Dijs magnis trans mare digna peti.  
 Deq; tuis demptos humeris mihi tradis amictus,  
 Et madidam siccas æquoris imbre comam.  
 Cætera nox, & nos, & turris conscia nouit,  
 Quodq; mihi monstrat per uada lumen iter.  
 Non magis illius numerari gaudia noctis,  
 Hellepontiaci quàm maris alga potest.  
 Quò breuius spatium nobis ad furta dabatur,  
 Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.  
 Iamq; fugatura Tithoni coniuge noctem,  
 Præuius Auroræ Lucifer ortus erat:  
 Oscula congerimus properata sine ordine raptim,  
 Et querimur paruas noctibus esse moras.  
 Atque ita cunctatus monitu nutricis amaro,  
 Frigida deserta littora turpe peto.  
 Digredimur stentes, reputoq; ego uirginis æquor  
 Respiciens dominam, dum licet, usque meam.  
 Siqua fides uero est, ueniens huc, esse nator:  
 Cùm redeo, uideor naufragus esse mihi.  
 Hoc quoque si credis, ad te uia prona uidetur.  
 A te cum redeo, cliuius inertis aquæ.  
 Inuitus patriam repecto, quis credere posset?  
 Inuitus certè nunc moror urbe mea.  
 Hei mihi cur animis iuncti secernimur undis?  
 Vnaq; mens, tellus non habet una duos?  
 Vel tua me Sestos, uel te mea sumat Abydos.  
 Tam tua terra mihi, quàm tibi nostra placet.  
 Cur ego confundor, quoties confunditur æquor?  
 Cur mihi causa leuis, uentus obesse potest?  
 Iam nostros curui norunt Delphines amores,

gg 2

Ignotum

Ignotum nec me piscibus esse reor.

Iam patet attritus solitarum limes aquarum,

Non aliter, multa quam uia pressa rota.

Quod mihi non esset, nisi sic iterare, querebar,

At nunc per uentos hoc quoque deesse queror.

Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent,

Vixq; manet portu tuta carina suo.

Hoc mare, cum primum de uirgine nomina mersa,

Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto.

Et satis amissa locus hic infamis ab Helle est,

Vtq; mihi parcat, \* crimine nomen habet.

Inuideo Phrixo, quem per freta tristitia tutum

Aurea lanigero uellere uexit ouis.

Nec tamen officium pecoris, nauisq; requiro,

Dummodo, quas \* scindam corpore, dentur aquæ.

Arte ego nulla, \* actur modò copia nandi:

Idem nauigium, nauita, uector ero.

Nec sequar aut Helicem, aut qua Tyrus utitur, Arcton:

Publica non curat sidera noster amor.

Andromeden alius spectet, claramq; coronam,

Quæq; micat gelido Parrhæsis uirga polo.

At mihi quòd Perseus, & cum Ioue Liber amarunt,

Indicium dubiæ non placet esse uia.

Est aliud lumen multo mihi certius istis,

Non erit in tenebris quo duce noster amor.

Hoc ego dum spectem, Colchos, atque ultima ponti,

Quæq; uiam fecit Thessala puppis, eam.

Et iuuenem possum superare Palemona nando,

Miraq; quem subito reddidit herba Deum.

Sæpe per asiduos languent mea brachia motus,

Vixq; per immensas fessa trahuntur aquas.

\* nomine cri  
men

\* scindam  
\* fiat

His ego cum dixi, pretium non uile laboris.

Iam dominæ uobis colla tenenda dabo:

Protinus illa ualent, atque ad sua præmia tendunt,

Vt celer Eleo carcere missus equus.

Ipsæ meos igitur seruo, quibus uror, amores,

Teq; magis cælo digna puella sequor.

Digna quidem cælo, sed adhuc tellure morare,

Aut dic ad superos hinc mihi quæ sit iter.

\* Hinc est, quòd raro misero contingis amanti,

Cumq; mea sunt turbida mente freta.

Quid mihi, quòd lato non separor æquore, prodest?

Non minus hæc nobis tam breuis obstat aqua.

Num malim dubito toto procul orbe remotus,

Cum domina longè spem quoque habere meam.

Quòd propius nunc \* es, flamma propiore caleasco,

Et res non semper, spes mihi semper adest.

Penè manu, quòd amo, tanta est uicinia, tango,

Sæpe sed (heu) lacrymas hoc mihi penè mouet.

Velle quid est aliud fugientia prendere poma?

Spemq; suo refugii fluminis ore sequi?

Ergo ego te nunquam, nisi cum uolet unda, tenebo?

Et me felicem nulla uidebit hyems?

Cumq; minus firmum nil sit, quam uentus, & unda,

In uentis, & aqua spes mea semper erit?

Aestus adhuc tamen est: quid cum mihi læserit æquor

Pleias, & Arctophylax, Oleniumq; pecus?

Aut ego non noui, quam sim temerarius, aut me

In freta non cautus tunc quoque mitet amor.

Ne uè putes id me, quòd abest, promittere tempus,

Pignora polliciti non tibi tarda dabo.

Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor,

\* Hic es, &  
exiguum

\* est

Ire per inuitas experiemur aquas.  
 Aut mihi continget felix audacia saluo,  
 Aut mors solliciti finis amoris erit.  
 Optabo tamen, ut partes expellar in illas,  
 Et teneant portus naufragia membra tuos.  
 Flebis enim, tactuq; meum dignabere corpus,  
 Et mortis dices huic ego causa fui.  
 Scilicet interitus offenderis omine nostri,  
 Litteraq; inuisa est hac mea parte tibi.  
 Desine parte queri: sed ut & mare finiat iram,  
 Accedant quæso fac tua vota meis.  
 Pace breui nobis opus est, dum transferor istuc:  
 Cum tua contigero littora, perstet hyems.  
 Illic est aptum nostræ nauale carinæ,  
 Et melius nulla stat mea puppis aqua.  
 Illic me claudat Boreas, ubi dulce morari est,  
 Tunc piger ad nandum, tunc ego cantus ero.  
 Nec faciam surdus conuitia fluctibus ulla,  
 Triste nataturo nec querar esse fretum.  
 Me pariter uenti teneant, teneriq; lacerti,  
 Per causas istic impediariq; duas.  
 Cum patietur hyems, remis ego corporis utar:  
 Lumen in aspectu tu modo semper habe.  
 Interea pro me pernoctet epistola tecum,  
 Quam precor ut minima persequar ipse mora.

## HERO LEANDRO.

**Q**uam mihi misisti uerbis Leandre salutem,  
 Ut possim missam rebus habere, ueni.  
 Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt:  
 Da ueniam fassæ, non patienter amo.

Vrimur

Vrimur igne pari, sed sum tibi uiribus impar:  
 Fortius ingenium suspicor esse uiris.  
 Ut corpus teneris, sic mens infirma, puellis.  
 Deficiam, parui temporis adde moram.  
 Vos modò uenando, modò rus geniale colendo,  
 Ponitis in uaria tempora longa mora.  
 Aut fora uos retinent, aut unctæ dona palæstræ,  
 Flecitis aut fræno colla fugacis equi.  
 Nunc uolucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo,  
 Diluitur posito serior hora mero.  
 His mihi submotis, uel si minus acriter urar,  
 Quod faciam, superest, præter amare, nihil.  
 Quod superest facio, teq; ò mea sola uoluptas,  
 Plus quoque, quàm credi quod mihi possit, amo.  
 Aut ego cum chara de te nutrice susurro,  
 Quæq; tuum miror causa moretur iter.  
 Aut mare prospiciens odioso concita uento  
 Corripio uerbis æquora sæpe tuis.  
 Aut ubi seuitiæ paulum grauis unda remisit,  
 Posse quidem, sed te nolle uenire, queror.  
 Dumq; queror, lacrymæ per amantia lumina manant,  
 Pollice quas tremulo conscio siccet anus.  
 Sæpe tui spectro, si sint in littore, passus,  
 Impositas tanquam seruet arena notas.  
 Utq; rogem de te, & scribam tibi siquis Abydon  
 Venerit, aut quæro, siquis Abydon eat.  
 Quid referam, quoties do uestibus oscula, quas tu  
 Hellepontica ponis iturus aqua?  
 Sic ubi lux acta est, & noctis amior hora  
 Exhibuit pulsa sydera clara die:  
 Protinus in summa uigilantia lumina turre

88 \*

Pontinus

Ponimus assuetæ signa, notamq; uia:  
 Tortaq; uersato ducentes stamina fuso,  
 Fœminea tardas fallimus arte moras.  
 Quid loquar interea tam longo tempore, queris?  
 Nil, nisi Leandri nomen in ore meo est.  
 Iam' ne putas exisse domo mea gaudia nutrix?  
 An uigilant omnes, & timet ille suos?  
 Iam' ne suis humeris illum deponere uestes,  
 Tingere iam pingui Pallade membra putas?  
 Annuit illa fore, non nostra quod oscula curet,  
 Sed mouet obrepens somnus anile caput.  
 Postq; moræ minimum, iam certè nauigat, inquam,  
 Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.  
 Paucaq; cum tacta per feci stamina terra,  
 An medio possis querimus esse freto.  
 Et modò prospicimus, timida modò uoce precamur,  
 Vt tibi det faciles utilis aura uias.  
 Auribus interdum uoces captamus, & omnem  
 Aduentus strepitum credimus esse tui.  
 Sic ubi deceptæ pars est mihi maxima noctis  
 Acta, subit fertim lumina fessa sopor.  
 Forsitan inuitus, mecum tamen improbe dormis:  
 Et, quamuis non uis ipse uenire, uenis.  
 Nam modò te uideor propè iam spectare natantem,  
 Brachia nunc humeris humida ferre meis:  
 Nunc dare, quæ soleo, madidis uelamina membris,  
 Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu.  
 Multaq; præterea lingua reticenda modesta,  
 Quæ fecisse iuuat, facta referre pudet.  
 Me miseram, breuis est hæc, & non uera uoluptas.  
 Nam tu cum somno semper abire soles.

Firmus

Firmius ò cupidi tandem coëamus amantes,  
 Ne careant uera gaudia nostra fide.  
 Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes?  
 Cur toties à me lente natator abes?  
 Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti,  
 Nocte sed hesternæ lenior aura fuit.  
 Cur ea præterita est: cur non uentura timebas?  
 Tam bona cur periit, nec tibi rapta uia est?  
 Protinus ut similis detur tibi copia cursus,  
 Hòc melior certè, quò prior, illa fuit.  
 At citò mutata est iactati forma profundi:  
 Tempore, cum properas, sepe minore uenis.  
 Hic puto deprensus, nil quod quereretur, haberes,  
 Mèq; tibi amplexo nulla noceret hyems.  
 Certè ego tunc uentos audirem læta sonantes,  
 Et nunquam placidas esse precarer aquas.  
 Quid tamen euenit, cur sis metuentior undæ?  
 Contemptumq; prius nunc uerere fretum?  
 Nam memini, cum te seuum ueniente, minaxq;  
 Non minus, aut multò non minus, æquor erat.  
 Cum tibi clamabam, sic tu temerarius esto,  
 Ne miseræ uirtus sit tua stenda mihi.  
 Vnde nouus timor hic: quoq; illa audacia fugit?  
 Magnus ubi est spretis ille natator aquis?  
 Sis tamen hoc potius, quam quod prius esse solebas,  
 Et facias placidum per mare tutus iter:  
 Dum modò sis idem, dum sic, ut scribis, amemur,  
 Flammæq; non fiat frigidus illa, cinis.  
 Non ego tam uentos timeo mea uota morantes,  
 Quàm similis uento ne tuus erret amor.  
 Et ne sim tanti, superentq; pericula causam,

gg f

Et



Et uidear merces esse labore minor.  
 Interdum metuo patria ne ledar, & impar  
 Dicar Abydeno Sesta puella toro.  
 Ferre tamen possum patientius omnia, quam si  
 Otia nescio qua pellice captus agas.  
 In tua si ueniant alieni colla lacerti,  
 Sitq; nouus nostri finis amoris amor:  
 Ab potius peream, quam crimine uulnerer isto,  
 Fataq; sint culpa nostra priora tua.  
 Nec quia uenturi dederis mihi signa doloris,  
 Hæc loquor, aut fama sollicitata noua:  
 Omnia sed uereor (quis enim securus amauit?)  
 Cogit & absentes \* multa timere locus.  
 Felices illas, sua quas presentia nosse  
 Crimina uera iuuat, falsa timere uetat.  
 Nos tam uana mouet, quam facta inimizia fallit,  
 Incitat & morsus error uterque pares.  
 O' utinam uenias, aut hic uentus ue, pater ue,  
 Causaq; sit \* certe sæmina nulla moræ.  
 Quod si quam sciero, moriar (mihi crede) dolenda.  
 Iandudum peccas, si mea fata petis.  
 Sed neque peccabis, frustra q; ego terreor istis,  
 Quoq; minus uenias, inuida pugnat hyems.  
 Me miseram, quanto planguntur littora fluctu,  
 Et latet obscura condita nube dies.  
 Forsitan ad pontum mater pia uenerit Helles,  
 Mersaq; \* turbatis nata fleatur aquis.  
 Aut mare ab inuiso priuignæ nomine dictum  
 Vexat in æquoream uersa nouerca Deam.  
 Non fauet, ut nunc est, teneris locus iste puellis,  
 Hac Helle perijt, hac ego ledor aqua.

\*plura

\*tanta

\*roratis

At tibi

At tibi flammaram memori Neptune tuarum  
 Nullus erat uentis impediendus amor.  
 Sed neque Amymone, nec laudatissima forma  
 Criminis est Tyro fabula uana tui.  
 Lucidaq; Alcyone, Cæyceq;, & Anthone nata,  
 Et nondum nexis angue Medusa comis,  
 Flauaq; Laodice, cæloq; recepta Celeno,  
 Et quarum memini nomina lecta mihi.  
 Has certè, pluresq; canunt Neptune poëtæ,  
 Molle latus lateri conseruisse tuo.  
 Cur igitur toties uires expertus amoris,  
 Assuetum nobis turbine claudis iter?  
 Parce ferox, latoq; mari tua prælia misce:  
 Seducit terras hæc breuis unda duas.  
 Te decet aut magnas magnum iactare carinas,  
 Aut etiam totis classibus esse trucem.  
 Turpe Deo pelagi iuuenem terrere natantem:  
 Gloriaq; est stagno quolibet ista minor.  
 Nobilis ille quidem est, & clarus origine, sed non  
 A' tibi suspecto duxit Vlysse genus.  
 Da ueniam, seruaq; duos, nata ille, sed ipsdem  
 Corpus Leandri, spes mea, pendet aquis.  
 Interea lumen (posito nam scribimus illo)  
 Stertuit, & nobis prospera signa dedit.  
 Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes:  
 Cras erimus plures, inquit, & ipsa bibit.  
 Effice nos plures eucta per æquora uectus,  
 O' penitus toto corde recepte mihi.  
 In tua castra redi socij desertor amoris:  
 Ponuntur medio cur mea membra toro?  
 Quod timeas non est, auso Venus ipsa fauebit,

Sternet

Sternet & æquoreas æquore nata uias.

Ire libet medias ipsi mihi sæpe per undas,

Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.

*\*huc* Nam cur *\*hoc* uetis Phrixo, Phrixiq; sorore,  
Sola dedit uastis foemina nomen aquis?

Forstian ad reditum metuis, ne robora desint,

Aut nequeas gemini ferre laboris onus.

At nos diuersi, medium coeamus in æquor,

Obuiaq; in summis oscula demus aquis.

Atque ita quisque suas iterum redcamus ad urbes:

Exiguum, sed plus quam nihil, illud erit.

*\*clam* Vel pudor hic utinam, qui nos *\*tam* cogit amare,

Vel timidus fame cedere uellet amor.

Nunc male res iunctæ calor, & reuerentia pugnant:

Quid sequar in dubio est, hæc decet, ille iuuat.

Vt semel intrauit Colchos Pagæus Iason,

Impositam celeri Phasida puppe tulit.

Vt semel Idæus Lacedæmona uenit adulter,

Cum præda redijt protinus ille sua.

Tu quam sæpe petis, quod amas, tam sæpe relinquis,

Et quoties graue sit puppibus ire, natas.

Sic tamen o iuuenis tumidarum uictor aquarum,

Sic facito spernas, ut uereare, fretum.

*\*hincutur ab* Arte laboratæ *\*merguntur* in æquore puppes:

Tu tua plus remis brachia posse putas?

Quod cupis, hoc nautæ metuunt Leandre, natare.

Exitus hic fractis puppibus esse solet.

Me miseram, cupio non persuadere, quod hortor,

Sisq; precor monitis fortior ipse meis:

Dum modò peruenias, excussa q; sæpe per undas

Inijcias humeris brachia lassâ meis.

Sed

Sed mihi ceruleas quoties *\*obuersor* ad undas,

Nescio quid pavidum frigore pectus habet.

Nec minus hesternæ confundor imagine noctis,

Quamuis est sicris illa piata meis.

Nanque sub aurora iam dormitante lucerna,

Tempore quo cerni somnia uera solent,

Stamina de digitis cecidere sopore remissis,

Colla q; puluino nostra ferenda dedi,

Hac ego uentosas nantem Delphina per undas

Cernere non dubia sum mihi uisa fide.

Quem postquam bibulis *\*iniecit* fluctus arenis,

Vnda simul miserum, uita q; deseruit.

Quicquid id est timeo, nec tu mea somnia ride,

Nec nisi tranquillo brachia crede mari.

Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ,

Quæ nunquam, nisi te sospite, sospes erit.

Spes tamen est fractis uicinæ pacis in undis:

Tu placidas toto pectore funde uias.

Interea, quoniam nanti freta peruia non sunt,

Leniat inuisas litera *\*nostra* moras.

*\*illisit**\*missa*

**P**one metum, nihil hic iterum iurabis amanti:

Promissam satis est te semel esse mihi.

Perlege, discedat sic corpore languor ab isto,

Qui meus est, ulla parte *\*dolere*, dolor.

Quid pudor *\*ante* subit? nam sicut in æde Dianæ

Suspicio ingenuas erubuisse genas.

Coniugium, pactamq; fidem, non crimina posco:

Debitus ut coniux, non ut adulter, amo.

Verba licet repetas, quæ demptus ab arbore foetus

*\*dolente**\*ora*

Pert

Pertulit ad castas me iacente manus:  
*\* spondere* Inuenies illic id te *\* iurasse*, quod opto,  
 Ni tibi cum uerbis excidit illa fides.  
 Id metui : diuæ diffusa est ira : decebat  
 Te potius uirgo, quàm menuisse deam.  
 Nunc quoque idem timeo, sed idem tamen acrius illud  
 Assumpsit uires, auctaq; flamma mora est.  
 Quiq; fuit nunquàm paruus uel tempore longo  
 Ex spe, quam dederas tu mihi, crescit amor.  
 Spem mihi tu dederas, meus hic tibi credit ardor:  
 Non potes hoc factum teste negare dea.  
 Adfuit : & præsens ut erat, tua uerba notauit,  
 Et uisa est mota dicta tulisse coma.  
 Deceptam dicas nostra te fraude licebit,  
 Dum fraudis nostræ causa feratur amor.  
 Fraus mea quid petijt, nisi quod tibi iungerer uni?  
 Id me quod quereris conciliare potest.  
 Non ego natura, nec sum tam callidus usu:  
 Solertem tu me, crede, puella facis.  
 Te mihi compositis, siquid tamen egimus arte,  
 Astrinxit uerbis ingeniosus amor.  
 Dictatis ab eo feci sponsalia uerbis,  
 Consultoq; sui iuris amore uaser.  
 Sit fraus huic factò nomen, dicarq; dolosus,  
 Si tamen est, quod ames, uelle tenere, dolus.  
 En iterum scribo, mittoq; rogantia uerba:  
 Altera fraus hæc est, quodq; queraris, habes.  
 Si noceo, quod amo, fateor sine fine nocebo.  
 Teq; petam : caueas tu licet, ipse petam.  
 Per gladios alij placitas rapuere puellas:  
 Scripta mihi cautè littera crimen erit?

Dij faciant, possim plures imponere nodos,  
 Vt tua sit nulla libera parte fides.  
 Mille modi restant, cliuo sudamus in uno:  
 Ardor in expertum nil finit esse meus.  
 Sit dubium possis ne capi, captabere certe:  
 Exitus in Dijs est, sed capiere tamen.  
 Vt partem effugias, non omnia retia falles,  
 Quæ tibi, quam credis, plura tetendit amor.  
 Si non proficient artes, ueniemus ad arma,  
 Inq; mei cupido rapta ferere sinu.  
 Non sum, qui soleam Paridis reprehendere factum,  
 Nec quenquam, qui uir, posset ut esse, fuit.  
 Nos quoque, sed taceo, mors huius pœna rapinæ  
 Vt sit : erit, quam te non habuisse, minor.  
 Aut esses formosa minus, peterere modestè:  
 Audaces facie cogimur esse tua.  
 Tu facis hoc, oculiq; tui, quibus ignea cedunt  
 Sydera, qui flammæ causa fuere meæ.  
 Hoc faciunt flauæ crines, & eburnea ceruix,  
 Quæq; precor ueniant in mea colla manus:  
 Et decor, & uultus sine rusticitate pudentes,  
 Et Thetidis quales uix reor esse pedes.  
 Cætera si possem laudare, beator essem.  
 Nec dubito totum quin tua pars sit opus.  
 Hæc ego compulsus, non est mirabile, forma,  
 Si pignus uolui uocis habere tuæ.  
 Denique dum captam tu te cogare fateri,  
 Insidijs esto capta puella meis.  
 Inuidiam patiar, passo sua præmia dentur,  
 Cur suus à tanto crimine fructus abest?  
 Hesionem Telamon, Briseida cepit Achilles,

\*uirum Vtraque uictorem nempe secuta \* suum.  
 Quamlibet accuses, & sis irata licebit,  
 Irata liceat dum mihi posse frui.  
 Iidem qui facimus, factam tenuabimus iram:  
 Sit modò placandæ copia parua tui.  
 Ante tuos sientem liceat consistere uultus,  
 Et liceat lacrymis addere uerba meis.  
 Vtq; solent famuli, cum uerba sæua uerentur,  
 Tendere submissas sub tua crura manus.  
 Ignoras tu: iura: uoca, cur arguor absens?  
 Iandudum dominæ more uenire iube.  
 Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos,  
 \*nostra Oraq; sint digitis liuida \* facta tuis:  
 Omnia perpetiar: tantum fortasse timebo,  
 Corpore lædatur ne manus ista meo.  
 Sed neque compedibus, nec me compesce catenis,  
 Seruabor firmo uinctus amore tui.  
 Cum bene se, quantumq; uolet, satiauerit ira,  
 Ipsa tibi dices, quam patienter amat.  
 Ipsa tibi dices, cum uideris omnia ferre,  
 Tam bene qui seruit, seruiat iste mihi.  
 Cur reus infelix absens agor? & mea cum sit  
 Optima, non ullo causa tuente perit?  
 Hoc quod amor iussit, scriptum est, iniuria nostra:  
 Quod de me solum nempe queraris, habes.  
 Non meruit falli mecum quoque Delia: si non  
 Vis mihi promissum reddere, redde de æ.  
 Affuit, & uidit, cum tu decepta rubebas,  
 Et uocem memori condidit aure tuam.  
 Omnia re careant, nihil est uiolentius illa,  
 Cum sua, quæ nolit numina læsa uidet.

Testis

Testis erit Calydonis aper, nam scimus in illo  
 Sit magis in natum sæua reperta parens.  
 Testis & Actæon, \* quoniam fera creditus illis,  
 Ipse dedit leto cum quibus antè feras.  
 Quæq; superba parens saxo per corpus oborto  
 Nunc quoque Mygdonia flebilis astat humo.  
 Hei mihi Cydippe, timeo tibi dicere uerum,  
 Ne uidear causa falsa monere mea.  
 Dicendum tamen est, hoc est (mihi crede) quòd ægra  
 Ipso nubendi tempore sæpe iaces.  
 Consulit ipsa tibi, neu sis peritura laborat,  
 Et saluam salua te cupit esse fide.  
 Inde fit, ut quoties \* resistere perfida tentas,  
 \*existere Peccatum toties corrigat illa tuum.  
 Parce mouere feros animosæ uirginis arcus,  
 Mitis adhuc fieri, si patiare, potest.  
 Parce precor teneros corrumpere febribus artus,  
 Seruetur facies ista fruenda mihi.  
 Seruentur uultus ad nostra incendia nati,  
 Quicq; subest niueo lenis in ore rubor.  
 Hostibus, & si quis ne fias nostra repugnat,  
 Sic sit, ut inualida te solet esse mihi.  
 Torqueor ex æquo uel te nubente, uel ægra:  
 Dicere non possum, quod minus esse uelim.  
 Interdum maceror, quòd sim tibi causa doloris,  
 Teq; mea lædi calliditate puto.  
 Inq; caput nostrum dominæ periuria quæso  
 Eueniant: pœna tuta sit illa mea.  
 Ne tamen ignorem, quid agas, ad limina tendo,  
 Anxius huc illuc dissimulanter eo.  
 Subsequor ancillam furtim, famulumq; requirens,  
 h h

Pro

Profuerint somni quid tibi, quid uic cibi.

Me miserum, quod non medicorum iussa ministro,

Astringoq; manus, infidoq; toro.

Et rursus miserum, quod me procul inde remouit:

Quem minime uellem, forsitan alter adest.

Ille manus istas astringit, & asidet ægræ,

Inuisus superis, cum superisq; mihi.

Dumq; suo tentat salientem pollice uenam,

Candida per causam brachia sepe tenet.

Contrectatq; sinus, & forsitan oscula iungit:

Officio merces plenior ista suo est.

Quis tibi permisit nostras præcerpere messes?

Ad spes alterius quis tibi fecit iter?

Ille sinus meus est, mea turpiter oscula sumis:

A' mihi promisso corpore tolle manus.

Improbe tolle manus: quam tangis, nostra futura est:

Postmodò, si facies istud, adulter eris.

Elige de uacuis, quam non sibi uendicat alter:

Si nescis, dominum res habet ista suum.

Nec mihi credideris, recitetur formula pacti,

Neu falsam dicas esse, face ipsa legat.

Alterius thalamo tibi nos, tibi dicimus, exi:

\*facis hic Quid \*facis? hinc exi, non uacat iste torus.

Nam quod habes & tu humani uerba altera pacti,

Non erit idcirco par tua causa meæ.

Hæc mihi se pepigit, pater hanc tibi primus ab illa,

Sed propior certe, quam pater, ipsa sibi est.

Promisit pater hanc, hæc adiurauit amanti.

Ille homines, hæc est testificata Deam.

Hic metuit mendax, sed & hæc periura uocari,

Num dubitas hic sit maior, an ille metus?

Denique

Denique, ut arborum conferre pericula possis,

Respice ad euentus, hæc cubat, ille ualeat.

Nos quoque dissimili certamina mente subimus,

Nec spes par nobis, nec timor æquus adest.

Tu petis ex tuto, grauior mihi morte repulsa est,

Idq; ego iam, quod tu forsitan amabis, amo,

Si tibi iustitiæ, si recti cura fuisset,

Cedere debueras ignibus ipse meis.

Nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua,

Ad quid Cydippe littera nostra redit?

Hic facit, ut iaceas, & sis suspecta Dianæ.

Hunc tu, si sapias, limen adire uetes.

Hoc faciente subis tam seua pericula uitæ,

Atque utinam pro te, qui \*mouet, ille cadat.

\*mouet illa

Quem si reppuleris, nec quem dea damnat, amaris,

Et tu, continuò certè ego saluus ero.

Siste metum uirgo, stabili potiere salute.

Fac modò polliciti conscia templa colas.

Non boue mactato cœlestia numina gaudent,

Sed, quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Vt ualeant aliæ, ferrum patiuntur, & ignes,

Fert alijs tristem succus amarus opem.

Nil opus est istis, tantum periuria uitæ,

Teq; simul serua, meq; datamq; fidem.

Præteritæ ueniam dabit ignorantia culpæ,

Exciderant animo fœdera \*lecta tuo.

\*nostrâ

Admonita es modò uoce mea, \*cum casibus istis,

\*modò

Quos quoties tentas fallere, ferre soles.

His quoque uitatis in partu nempe \*rogabis,

\*uocabis

Vt tibi luciferas afferat illa manus.

Audiet hæc: repetens quæ sunt audita, requiret

hh 2.

Ipsa,

Ipsa, tibi de quo coniuge partus eat.  
 Promittes uotum, scit te promittere falsò:  
 Iurabis, scit te fallere posse Deos.  
 Non agitur de me, cura maiore laboro,  
 Anxia sunt uitæ pectora nostra tua.  
 Cur modò te dubij pauidam fleuere parentes,  
 Ignaros culpæ quos facis esse tuæ?  
 Et cur ignorant? matri licet omnia narres,  
 \* pudoris Nil tua Cydippe facta \* ruboris habent.  
 Ordine sic referas, ut sis mihi cognita primum,  
 Sacra pharetratæ dum facis ipsa deæ.  
 Ut te conspecta, subito, si fortè notasti,  
 Restitimus fixis in tua membra genis.  
 Et te dum nimium miror, nota certa furoris,  
 Deciderint humero pallia lapsa meo.  
 Postmodò nescio quâ uenisse malum  
 Verba ferens doctis insidiosa notis.  
 Quod quia sit lectum sancta præesente Diana,  
 Esse tuam uinctam numine teste fidem.  
 Ne tamen ignoret scripti sententia quæ sit,  
 Lecta tibi quondam nunc quoque uerba refer.  
 Nube precor dicet, cui te bona numina iungunt:  
 Quem fore iurasti, sit gener ille mihi.  
 Quisquis is est, placeat, quoniam placet antè Dianæ.  
 Talis erit mater: si modò mater erit.  
 Si tamen & querat, quis sum, qualisq; uideto,  
 Inueniet nobis consuluisse Deam.  
 Insula Corycijs quondam celeberrima Nymphis  
 Cingitur Aegæo nomina Cæa mari:  
 Illa mihi patria est, nec, si generosa probaris  
 Nomina, despectis arguor ortus auis.

Sunt & opes nobis, sunt & sine crimine mores,  
 Amplius utq; nihil, me tibi iungit amor.  
 Appeteres talem uel non iurata maritum:  
 Iurata, uel non, talis habendus erat.  
 Hæc tibi me in somnis iaculatrix scribere Phoebe,  
 Hæc tibi me uigilans scribere iussit Amor.  
 Et quibus alterius mihi iam nocuere sagittæ,  
 Alterius noceant ne tibi tela, caue.  
 Iuncta salus nostra est, miserere meiq; tuiq;  
 Quid dubitas unam ferre duobus opem?  
 Quod si contigerit, cum iam data signa sonabunt,  
 Tinctaq; uotiuo sanguine Delos erit,  
 Aurea ponetur mali felicitis imago,  
 Causaq; uersiculis scripta duobus erit:  
 Effigie pomi testatur Acontius huius,  
 Quæ fuerint in eo scripta, fuisse rata.  
 Longior infirmum ne lasset epistola corpus,  
 Clausaq; consuetio sit tibi sine, uale.

## C Y D I P P E A C O N T I O.

**P**ertinui, scriptumq; tuum sine murmure legi,  
 Iuraret ne quos inscia lingua Deos.  
 Et puto captasses iterum, nisi ut ipse fateris:  
 Promissam scires me satis esse semel.  
 Nec lectura fui, sed si tibi dura fuisset,  
 Aucta foret seuæ forsitan ira deæ.  
 Omnia cum faciam, cum dem pia tura Dianæ,  
 Illa tamen iusta plus tibi parte fauet.  
 Utq; cupis credi, memori te uindicat ira:  
 Talis in Hippolyto uix fuit illa suo.  
 At melius uirgo fauisset uirginis amnis,

Quos uereor paucos ne uelit esse mihi.  
 Languor enim cauisis non apparentibus hæret,  
 Adiuuor & nulla fessa medentibus ope.  
 Quam tibi nunc gracilem uix hæc rescribere, quamq;  
 Pallida uix cubito membra leuare putas?  
 Nunc timor accedit, nequis nisi conscia nutrix,  
 Colloquij nobis sentiat esse uices.  
 Ante fores sedet hæc: quid agamq; rogantibus inter,  
 Vt possim tuto scribere, dormit, ait.  
 Mox ubi secreti longè causa optima somnus  
 Credibilis tarda desinit esse mora:  
 Iamq; uenire uidet, quos non admittere durum est,  
 Excreat, & ficta dat mihi signa nota,  
 Sicut eram, properans uerba imperfecta relinquo,  
 Et tegitur trepido littera cauta sinu.  
 Inde meos digitos iterum repetita fatigat.  
 Quantus sit nobis aspicias ipse labor.  
 Quæ peream, si dignus eras, ut uera loquamur:  
 Sed melior iusto, quamq; mereris, ero.  
 Ergo te propter toties incerta salutis  
 Commentis pœnas doq; dedi; tuis.  
 Hæc nobis formæ te laudatore superbæ  
 Continget merces, & placuisse nocet.  
 Sed tibi deformis, quod mallem, uisa fuisset,  
 Culpatum nulla corpus egeret ope:  
 Nunc laudata gemo, nunc me certamine uestro  
 Proditis, & proprio uulneror ipsa bono.  
 Dum neque tu cedis, nec se putat ille secundum,  
 Tu uotis optas illius, ille tuis.  
 Ipsa uelut nauis iactor, quam certus in altum  
 Propellit Boreas, æstus, & unda refert.

Cumq;

Cumq; dies charis optata parentibus instat,  
 Immodicus pariter corporis ardor inest:  
 Et mihi coniugij tempus crudelis ad ipsum  
 Persephone nostras pulsat acerba fores:  
 Iam pudet, & timeo, quamuis mihi conscia non sim,  
 Offensos uidear ne meruisse Deos.  
 Accidere hoc aliquis casu contendit, & alter  
 Acceptum superis hunc negat esse uirum.  
 Neue mihi credas, in te quoque dicere fumam,  
 Facta ueneficijs pars putat ista meis.  
 Causa latet, mala nostra patent, uos pace mouetis.  
 Aspera sumnota prælia, plector ego.  
 Dicam nunc, sollicitoq; tibi ne despicere more:  
 Quid facies odio, sic ubi amore noces?  
 Si lædis, quod amas, hostem sapienter amabis:  
 Me precor ut serues, perdere uelle uelis.  
 Aut tibi iam nulla est sperata cura puellæ,  
 Quam ferus indigna labe perire sinis.  
 Aut dea si frustra pro me tibi seua rogatur,  
 Quid mihi te iactas? gratia nulla tua est.  
 Elige quid fingas, non uis placare Dianam,  
 Immemor es nostri, non potes, illa tui est.  
 Vel nunquam mallet, uel non mihi tempore in illo  
 Esset in Aegæis cognita Delos aquis.  
 Tunc mea difficili deducta est æquore nauis,  
 Et fuit adceptas hora sinistra uias.  
 Quo pede processi? quo me pede limine moui?  
 Picta meæ tetigi quo pede texta ratis?  
 His tamen aduerso redierunt carbasa uento:  
 Mentior ab demens, ille secundus erat.  
 Ille secundus erat, qui me referebat euntem,

hh

Quiq;

Quiq; parum felix impediēbat iter.  
 Atque utinam constans contra mea uela fuisset:  
 Sed stultum est uenti de leuitate queri.  
 Mora loci fama properabam uisere Delon,  
 Et facere ignaua puppe uidebar iter.  
 Quam saepe, ut tardis, feci conuicia remis,  
 Quæstaq; sum uento lintea parca dare.  
 Et iam transieram Myconen, iam Tenon, & Andron,  
 Inq; meis oculis candida Delos erat.  
 Quam procul ut uidi, quid me fugis insula dixi?  
 Laberis in magno nunquid, ut ante, mari?  
 Institeram terræ, cum iam propè luce peracta  
 Demere purpureis Sol iuga uellet equis.  
 Quos idem solitos postquam reuocauit ad ortus,  
 Comuntur nostræ matre iubente comæ.  
 Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum,  
 Et uestes humeris induit ipsa meis.  
 Protinus egressæ superis, quibus insula sacra est,  
 Flaua salutatis tura, merumq; dæmus.  
 Dumq; parens aras uotiuo sanguine tingit,  
 Festaq; fumosis ingerit exta focis,  
 Sedula me nutrix alias quoque ducit in ædes,  
 Erramusq; uago per loca sacra pede.  
 Et modò porticibus spatior, modò munera regum  
 Miror, & in cunctis stantia signa locis.  
 Miror & innumeris structam de cornibus aram,  
 Et de qua pariens arbore nixa dea est.  
 Et quæ præterea (neque enim meminisse libet)  
 Quicquid tibi uidi, dicere) Delos habet.  
 Forsitan hæc spectans, à te spectabar Acontii,  
 Visq; simplicitas est mea posse capi,

In templum redeo gradibus sublime Dianæ.  
 Tutor hoc ecquis debuit esse locus?  
 Mittitur ante pedes malum cum carmine tali:  
 Hei mihi iurauit nunc quoque penè tibi.  
 Sustulit hoc nutrix, mirataq; perlege dixit:  
 Insidias legi magne poëta tuas.  
 Nomine coniugij dicto, confusa pudore,  
 Sensi me totis erubuisse genis.  
 Luminaq; in gremio ueluti defixa tenebam,  
 Lumina proposui facta ministra tui.  
 Improbe quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta est?  
 Quidue uir elusa uirgine laudis habes?  
 Non ego constiteram sumpta peltata secure,  
 Qualis in Iliaco Penthesilea solo.  
 Nullus Amazonio cælatus balteus auro,  
 Sicut ab Hippolyta præda relata tibi est.  
 Verba quid exultas tua si mihi uerba dederunt?  
 Sumq; parum prudens capta puella dolis?  
 Cydippen pomum, pomum Schœneida cepit.  
 Tu nunc Hippomenes scilicet alter eris.  
 At fuerat melius, si te puer iste tenebat,  
 Quem tu nescio quas dicis habere faces:  
 More bonis solito spem non corrumpere fraude.  
 Exoranda tibi, non capienda fui.  
 Cur me cum peteres, ea non profitenda putabas,  
 Propter quæ nobis ipse petendus eras?  
 Cogere cur potius, quam persuadere uolebas?  
 Si poteram audita conditione capi.  
 Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris?  
 Linguaq; præsentem testificata Deam?  
 Quæ iurat, mens est: nihil coniuuimus illa:



Illa fidem dictis addere sola potest.  
 Consilium, prudensq; animi sententia iurat,  
 Et nisi iudicij uincula nulla ualent.  
 Si tibi coniugium uolui promittere nostrum,  
 Exige polliciti debita iura tori.  
 Sed si nihil dedimus, præter sine pectore uocem,  
 Verba suis frustra uiribus orba tenes.  
 Non ego iuravi, legi iurantiæ uerba.  
 Vir mihi non isto more legendus eras.  
 Decipe sic alios, succedat epistola pomo.  
 Si ualet hoc, magnas diuitis aufer opes.  
 Fac iurent reges sua se tibi regna daturus,  
 Sitq; tuum toto quicquid in orbe placet.  
 Maior es hac ipsa multo (mihi crede) Diana,  
 Si tua tam præsens littera numen habet.  
 Cum tamen hæc dixi, cum me tibi firma negaui,  
 Cum bene promissi causa peracta mei est,  
 Confiteor, timeo seuæ Latoidos iram,  
 Et corpus ledi suspicor inde meum.  
 Nam quare quoties socialia sacra parantur,  
 Nupturæ toties languida membra cadunt?  
 Ter mihi iam ueniens positas Hymenæus ad aures  
 Fugit, & è thalami limine terga dedit.  
 Vixq; manu pigra toties infusa resurgunt  
 Lumina, uix moto corripit igne faces.  
 Sæpe coronatis stillant unguenta capillis,  
 Et trahitur multo splendida palla croco.  
 Cum tetigit limen, lacrymas, mortisq; timorem  
 Cernit, & à cultu multa remota suo:  
 Projicit ipse suas deductæ fronte coronas,  
 Spissaq; de nitidis tergit amoma comis.

Et pudet in tristi letum consurgere turba:  
 Quiq; erat in palla, transit in ora rubor.  
 At mihi uæ miseræ torrentur febribus artus,  
 Et grauius iusto pallia pondus habent.  
 Nostraq; plorantes uideo super ora parentes,  
 Et face pro thalami fax mihi mortis adest.  
 Parce laboranti picta Dea leta pharetra,  
 Daq; salutiferam iam mihi fratris opem.  
 Turpe tibi est illum causas depellere leti,  
 Te contra titulum mortis habere meæ.  
 Nunquid in umbroso cum uelles fonte lauari,  
 Imprudens uultus ad tua labra tuli?  
 Præteris ne tuas de tot cœlestibus aras?  
 Atque tua est nostra spectata parente parens?  
 Nil ego peccaui, nisi quod periuria legi,  
 Inq; parum fausto carmina docta fui.  
 Tu quoque pro nobis, si non mentiris amorem,  
 Thura feras: profint, quæ nocuere, manus.  
 Cur, quæ succenset, quod adhuc tibi pacta puella  
 Non tua sit, fieri ne tua possit, agit?  
 Omnia de uiua tibi sunt speranda, quid aufert  
 Seuæ mihi uitam, spem tibi diua mei?  
 Nec tu credideris, illum cui destinor uxor,  
 Aegra superposita membra fouere manu.  
 Assidet ille quidem, quantum permittitur ipsi,  
 Sed meminit nostrum uirginis esse torum,  
 Et quoque nescio quid de me sensisse uidetur,  
 Nam lacrymæ causa sæpe latente cadunt.  
 Et minus audacter blanditur, & oscula rara  
 Accipit, & timido me uocat ore suam.  
 Nec miror sensisse, notis cum prodar apertis

In dextrum uersor, cum uenit ille, latus.  
 Nec loquor, & tectis simulatur lumine somnus,  
 Captantem tactus eicioq; manum.  
 Ingemit, & tacito suspirat pectore, meq;  
 Offensam, quamuis non mereatur, habet.  
 Si mihi quod gaudes, & te iuuat ista uoluptas,  
 Si mihi quod sensus sum tibi fassa meos,  
 Si mihi lingua foret, tu nostra iustus ira,  
 Qui mihi tendebas retia, dignus eras.  
 Scribis ut inuadum liceat tibi uisere corpus:  
 Es procul a nobis, & tamen inde nocet.  
 Mirabar quare tibi nomen Acontius esset:  
 Quod faciat longè uulnus, acumen habes.  
 Certe ego conuulsi nondum de uulnere tali,  
 Ut iaculo, scriptis eminus ista tuis.  
 Quid tamen huc uenias? sane miserabile corpus,  
 Ingenij uideas bina trophæa tui.  
 Concidimus macie, color est sine sanguine, qualem  
 In pomo refero mente fuisse tuo.  
 Candida nec misto sublucent ora rubore:  
 Forma noui talis marmoris esse solet.  
 Argenti color est inter conuiuia talis,  
 Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.  
 Si me nunc uideas, uisam prius esse negabis,  
 Arte nec est dices ista petenda mea.  
 Promissiq; fidem ne sim tibi uicta remittes,  
 Et cupies illud non meminisse Deam.  
 Forsitan & facies iurem ut contraria rursum,  
 Quæq; legam mittes altera uerba mihi.  
 Sed tamen aspiceres uellem, prout ipse rogabas,  
 Et discas sponsæ languida membra tuæ.

Durius & ferro cum sit tibi pectus Acontii,  
 Tu ueniam nostris uocibus ipse petas.  
 Ne tamen ignores, ope qua reualefcere possim,  
 Queritur à Delphis fata canente Deo.  
 Et quoque nescio quantum nunc uaga fama susurret,  
 Neglectam queritur testis habere fidem.  
 Hoc Deus, & uates, hoc & mea carmina dicunt:  
 At defunt uoto carmina nulla tuo.  
 Vnde tibi fauor hic? nisi quod noua forte reperta est,  
 Quæ capiat magnos littera lecta Deos.  
 Teq; tenente Deos nomen sequor ipsa Deorum,  
 Doq; libens uictas in tua uota manus.  
 Fassaq; sum matrideceptæ fœdera linguæ,  
 Lumina fixa tenet plena pudoris humo.  
 Cætera cura tua est: plus hoc quoque uirgine factum,  
 Non timuit tecum quod mea charta loqui.  
 Iam satis inuadidos calamo lassauimus artus,  
 Et manus officium longius ægra negat.  
 Quid, nisi quod cupio me iam coniungere tecum,  
 Restat? ut ascribat littera nostra, uale.

## SAPPHO PHAONI.

NVnquid, \*ubi aspecta est studiosæ littera dextræ,  
 Protinus est oculis cognita nostra tuis? \*ut  
 An, nisi legisses autoris nomina Sapphus,  
 Hoc breue nescires unde mouetur opus?  
 Forsitan & quare mea sint alterna requiris  
 Carmina, cum lyricis sim magis apta modis.  
 Flendus amor meus est, \*elegi quoque flebile carmen,  
 Non facit ad lacrymas barbytos ulla meas.  
 Vror, ut indomitis ignem exercentibus Euris,

\*elegia fle.

Fertilis accensis mēsisibus ardet ager.

Arma Phaon celebrat diuersa Typhoidos Aetnae.

\*coquit Me calor Aetneo non miror igne \*tenet.

Nec mihi, dispositis iungam quæ carmina neruis,

Proueniunt: uacua carmina mentis opus.

Nec me Pyrrhides, Methymniades uel puellæ,

Nec me Lesbium cætera turba iuuant.

Vilis Amythone, uilis mihi candida Cydnò,

Non oculis grata est Atthis, ut antè, meis:

Atque aliæ centum, quas non sine crimine amavi.

Improbe, multarum quod fuit, unus habes.

Est in te facies, sunt apti lusibus anni.

O facies oculis insidiosa meis.

Sume fidem, & pharetram, fies manifestos Apollo:

Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amavit.

Nec norat lyricos illa, uel illa modos.

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant:

Iam canitur toto nomen in orbe meum.

Nec plus Alcæus consors patriæq; lyræq;

Laudis habet, quamuis grandius ille sonet.

Si mihi difficilis formam natura negauit,

Ingenio formæ damna rependo meæ.

\* Sum breuis, \*Nec me despicias, si sum tibi corpore parua,

Mensuramq; breuis nominis ipsa fero.

Candida si non sum, placuit Cephæia Perseo

Andromede, patriæ fusca colore suæ.

Et uarijs albæ iunguntur sæpe columbæ,

Et niger à uiridi turtur amatur aue.

Si, nisi quæ facie poterit te digna uideri,

Nulla futura tua est, nulla futura tua est.

\* Sum breuis, at nomen quod terras impleat omnes Est mihi, mensuram nominis ipsa fero.

At mea cum legeres, etiam formosa uidebar,

Vnam iurabas usque decere loqui.

Cantabam, memini (neminerunt omnia amantes)

Oscula cantanti tu mihi raptâ dabas.

Hæc quoque laudabas, omniq; à parte placebam,

Sed tunc præcipue, cum sit amoris opus.

Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat,

Crebraq; mobilitas, aptaq; uerba ioco.

\* Atque ubi iam amborum fuerat confusa uoluptas,

Plurimum in lasso corpore languor erat.

Nunc tibi Sicelides ueniunt noua præda puellæ:

Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse uolo.

Nec uos erronem tellure \* admittite nostrum

Nisiades matres \* Sicelidesq; nurus.

Nec uos decipiant blandæ mendaciæ linguæ:

Quæ dicit uobis, dixerat antè mihi.

Tu quoque, quæ immites celebras Erycina Sicanos,

Nam tua sum, uati consule diua tuæ.

An grauis inceptum peragit fortuna tenorem?

Et manet in cursus semper acerba suo?

Sex mihi natales ierant, cum lecta parentis

Antè diem lacrymas ossa bibère meas.

Arsit inops frater uictus meretricis amore,

Mistaq; cum turpi damna pudore tulit.

Factus inops, agili peragit freta cærulea remo,

Quasq; malè amisit: nunc malè quærit opes.

Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit:

Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.

Ei tanquam desint, quæ me sine fine fatigent,

Accumulat curas filia parua meas:

Ultima tu nostris accedis causa querelis:

\*Et quod, ubi

\*remittite \*Nisiadesq;

Non agitur uento nostra carina suo.

Ecce iacent collo positi sine lege capilli,

Nec premit artuculos lucida gemma meos.

Veste tegor uili, nullum est in crinibus aurum:

Non \* Arabo noster rore capillus olet.

\* Arabum  
noster dona  
cap.

Cui color infelix: aut cui placuisse laborem?

Ille mei cultus unicus autor abest.

Molle meum leuibus cor est uiolabile telis,

Et semper causa est, cur ego serper amem.

Siue ita nascenti legem dixere sorores,

Et data sunt uitæ fila seuera meæ:

Siue abeunt studia in mores, artesq; magistras,

Ingenium nobis molle Thaleia dedit.

Quid mirum, si me primæ lanuginis ætas

Abstulit, atque anni, quos uir amare potest?

Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam,

Et faceres, sed te prima rapina tenet.

Hunc si conspiciat, quæ conspicit omnia, Phœbe,

Iussus erit somnos continuare Phaon.

Hunc Venus in cœlum curru uexisset eburno,

Sed uidet & Marti posse placere suo.

O nec adhuc iuuenis, nec iam puer, utilis ætas,

O decus, atque æui gloria magna tui,

Huc ades, inq; sinus formose relabere nostros,

Non ut ames oro, \* sed quòd amare sinas.

\* uerum ut

Scribinus, & lacrymis oculi rorantur obortis.

Aspice \* sit quantum hoc multa litura loco.

\* quàm sit in  
hoc

Si tam certus eras hinc ire, modestius isses,

Si modò dixisses, Lesbi puella ualle.

\* nostra

Non tecum lacrymas, non oscula \* summa tulisti,

Denique non timui, quòd dolitura fui.

Nil de te mecum est, nisi tantum iniuria: nec te

Admonuit, quòd tu \* pignus amantis habes.

\* munus

Non mandata dedi, neque enim mandata dedissem

Vlla, nisi ut nolles immemor esse mei.

Per tibi, qui nunquam longè discedit, amorem,

Perq; nouem iuro numina nostra Deas,

Cum mihi nescio quis, fugiunt tua gaudia, dixit,

Nec me flere diu, nec potuisse loqui.

Et lacrymæ decrant oculis, & \* lingua palato,

\* uerba

Astrictum gelido frigore pectus erat.

Postquam se dolor imminuit, mea pectora planxi,

Nec puidit \* ruptis exululare comis:

\* scissis

Non aliter, quàm si nati pia mater adempti

Portet ad extractos corpus inane rogos.

Gaudet, & è nostro crescit mœrore Charaxus

Frater, & ante oculos itq; reditq; meos.

Vtq; pudenda mei uideatur causa doloris,

Quid dolet hæc? certe filia, uiuit, ait.

Non ueniunt in idem pudor, atque amor: omne uidebat

Vulgus: eram lacero pectus aperta sinu.

Tu mihi cura Phaon, te somnia nostra reducant,

Somnia formoso candidiora die.

Illic te inuenio, quanquam regionibus absis,

Sed non longa satis gaudia somnus habet.

Sæpe tuos nostra ceruice onerare lacertos,

Sæpe tuæ uideor supposuisse meos.

Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ,

Aptaq; consueras accipere, apta dare.

Blandior interdum, uerisq; simillima uerba

Eloquor, & uigilant sensibus ora meis.

\* Vtterius pudet hic narrare, sed omnia fiunt,

\* Vtteriora  
pudet nar.

Et iuuat, & sine te non licet esse mihi.  
 At cum se Titan ostendit, & omnia secum,  
 Tam cito me somnos destituisse queror.  
 Antra nemusq; peto, tanquam nemus, antraq; profunt;  
 Conscia delicijs illa fuere meis.  
 Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho  
 Impulit, in collo crine iacente feror.  
 Antra uident oculi scabro pendentia tofo,  
 Quae mihi Mygdonij marmoris instar erant,  
 Inuenio sylvam, quae saepe cubilia nobis  
 Praebuit, & multa praesit opaca coma.  
 Sed non inuenio sylvae dominumq;, meumq;:  
 Vile solum locus est, dos erat ille loci.  
 Cognoui pressas noti mihi cespitis herbas:  
 De nostro curuum pondere gramen erat.  
 Incubui, tetigiq; locum, qua parte fuisti:  
 Grata prius lacrymas combibit herba meas,  
 Quin etiam rami positos lugere uidentur  
 Frondibus, & nullae dulces queruntur aues.  
 \*pie Sola uirum non ultra \* prius moestissima mater,  
 Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.  
 \*desertos Ales Ityn, Sappho \* miseros decantat amores  
 cantat Haecenus, & media caetera nocte silent.  
 Est nitidus, utroq; magis perlucidus amnis,  
 Fons sacer, hunc multi numen habere putant,  
 Quem supra ramos extendit aquatica lotos  
 \*Vna nemus \* Vnda nemus: tenero cessite terra uiret.  
 Hic ego cum fessos posuisssem flebilis artus,  
 Formosus puer est uisus adesse mihi.  
 Constitit, & dixit, quae nunc non ignibus aequis  
 Vreris, Ambracia est terra petenda tibi.

Phœbus

Phœbus ab excelso, quantum patet, aspicit æquor,  
 Actæum populi, Leucadiumq; uocant.  
 Hinc se Deucalion Pyrrha successus amore  
 Misit, & illæso corpore praesit aquas.  
 Nec mora, \*iussus amans tetigit latissima Pyrrhae  
 Pectora, Deucalion igne leuatus erat.  
 Hanc legem locus ille tenet: pete protinus altam  
 Leucada, nec saxo desiluisse time.  
 Ut monuit, cum uoce abiit: ego territa surgo,  
 Nec grauidæ lacrymas continuere genæ.  
 Ibimus o Nymphæ, monstrataq; saxa petemus:  
 Sit procul insano uictus amore timor.  
 Quicquid erit, melius quam nunc erit, aura subito:  
 Et mea non magnum corpora pondus habent.  
 Tu quoque mollis amor pennas suppone cadenti,  
 Ne sin Leucadiæ mortua crimen aque.  
 Inde chelyn Phœbo communia munera ponam,  
 Et sub ea uersus unus & alter erit:  
 Grata lyram posuit tibi Phœbe poetica Sappho,  
 Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.  
 Cur nunc Actiacas miseram me mittis ad oras,  
 Cum profugum possis \* ipse referre pedem?  
 Tu mihi Leucadia potes esse salubrior unda,  
 Et formæ meritis tu mihi Phœbus eris.  
 An potes o scopulis, undaq; ferocior ulla,  
 Si moriar, titulum mortis habere meæ?  
 O quantum melius iungi mea pectora tecum,  
 Quam poterant saxis præcipitanda dari.  
 Hæc sunt illa Phaon, quæ tu laudare solebas,  
 Vsq; sunt toties ingeniosa tibi.  
 Nunc uellem facunda forem, dolor artibus obstat,

ii 2

Ingen

\*uersus a-  
 mor fugit læ-  
 tissima merse

\*inde

Ingeniumq; meis substitit omne malis.

Non mihi respondent ueteres in carmine uires.

Plectra dolore tacent, muta dolore lyra est.

\*nupturaq; Lesbides æquoraæ \*nuptura, nupturaq; proles,

Lesbides Aeolia nomina dicta lyra,

\*amata Lesbides, infamem quæ me fecistis \*amare,

Desinite ad citharas turba uenire meas.

Abstulit omne Phaon, quod uobis ante placebat,

\*quam Me miseram, dixi \*quæ modo pene, meus.

Efficite ut redeat, uates quoque uestra redibit:

Ingenio uires ille dat, ille rapit.

\*ago Hæc quid \*ego: precibus pectus ne agreste mouetur?

An riget, & Zephyri uerba caduca ferunt?

Qui mea uerba ferunt, uellem tua uela referrent.

Hoc te, si saperes, lente decebat opus.

Sive redis, puppiq; tuæ uotiua parantur

Munera, quid laceras pectora nostra mora?

Solue ratem: Venus orta mari, mare præstat eunti.

Aura dabit cursum, tu modò solue ratem.

Ipsè gubernabit residens in puppe Cupido,

Ipsè dabit tenera uela, legetq; manu.

Sive iuuat longè fugisse Pelasgida Sapphon,

Non tamèn inuenies, cur ego digna fuga.

O saltem miseræ crudelis epistola dicat,

Vt mihi Leucadiæ fata petantur aquæ.

## SAPPHVS EPISTOLAE

FINIS.

## DE SAPPHVS PATRIA ET

MORIBVS, EX SVIDA.



Appho patre Simone nata est, ut alij Euno-

mio, ut alij Erigyo, ut alij Ecryto, ut alij

Semo, ut alij Camone, Etarcho alij, nonnulli

Scamandronymo, quibus astipulatur Hero-

dotus: matre autem Cleide, Lesbia ex

Erefo lyrica, quadragesima secunda Olympiade, quo tem-

pore & Alcaeus, & Stesichorus, & Pittacus floruit. Tres

fratres habuit, Larychum, Charaxum, Eurygium. Cercolæ

uiro Andrio ditissimo nupsit, cui filiam peperit Cleida no-

mine. Amicas treis, Atthidem, Thelesippam, Megaram ha-

buit, quibus ad libidinem usa dicitur. Discipulas Anagoram

Milesiam, Congylam Colophoniam, Eunicam Salaminiam.

Scripsit libros lyricos nouem. Prima plectrum reperit.

Scripsit Epigrammata, Elegias, Iambos, & Neniæ.

Sapphò Lesbia ex Mitylene psaltria, hæc amore

Phaonis Mitylenei ex Leucade sese demersit in pelagus:

quidam uerò & lyricum carmen huius esse conscri-

pservunt.

ANTIPATER SIDONIVS.

Dulcia Mnemosyne demirans carmina Sapphûs

Quæsiuit decima Pieris unde foret.

AVSONIVS.

Lesbia Pierijs Sapphò soror addita musis

Εἰμ' αὐτῆς λυρικῶν ἀνοιδῶν δεκάτη.

PAPINIVS.

Stesichorusq; ferox, saltusq; ingressa uiriles

Non formidata temeraria Leucade Sappho.

HORATIVS.

Viuuntq; commisi calores

*Acoliae fidibus puellæ.*

SABINVS poëta, Ouidij temporibus scripsit epistolæ, quibus Vlysses Penelopæ, Hippolytus Phædræ, Aeneas Didoni, Demophoon Phyllidi, Iason Hypsipylæ, Phaon Sapphoni respondent. Sed non extant. Nam tres hæc quæ habentur, mihi non modo non uidentur Sabini, sed ne excellentis quidem cuiusquam Poëtæ. Imò centum, & quatuor uersus insertos in epistola Paridis ad Helenam ab eo uersu: Nec tamen est mirum, usque ad illum, Credis & hoc nobis, censeo non esse Ouidij. Sunt enim duri, nec digni diuino Nasonis ingenio. Tum si Ouidij illi essent, non idem in eadem epistola repetisset his uersibus:

*Cum Venus, & Iuno, Pallasq; in uallibus Idæ*

*Corpora iudicio supposuere meo.*

Erant præterea & alij duo statim post illum uersum, Sed Nymphis etiam curaq; amorq; sui: quos ego subtraxi, tum quia nullum omnino habent sensum, tum etiam, quia sine illis coheret materia. hi uerò sunt:

*Quas super Oenonen faciem mutarer in orbem,*

*Nec Priamo est ad te dignior ulla nurus.*

Ouidius ipse: de Sabino hæc in libro secundo Elegiarum:

*Quam citò de toto redijt celer orbe Sabinus,*

*Scriptaq; diuersis rettulit illa locis.*

*Candida Penelope signum cognouit Vlyssis,*

*Legit ab Hippolyto scripta nouerca suo.*

*Iam pius Aeneas miseræ rescripsit Elisæ,*

*Quodq; legat Phyllis, si modo uiuit, habet.*

*Tristis ad Hypsipylum ab Iasone littera uenit.*

*Dat uotam Phæbo Lesbis amica lyram.*

*Idem de Ponto lib. I I I. in inuidos.*

Et

*Et qui Penelopæ rescribere iussit Vlysses*

*Errantem seuo per duo lustra mari:*

*Quiq; suam Træzena, imperfectumq; dierum*

*Deseruit celeri morte Sabinus opus.*

RESCRIPTIO VLYSSIS  
AD PENELOPEN.

**P**ertulit ad miserum tandem tua casus Vlysses

*Penelope chartis uerba notata pijs.*

*Agnoui charamq; manum, gemmasq; fideles:*

*Solamen longis illa flere malis.*

*Arguis ut lentum: mallem quoque forsitan esse,*

*Quam tibi quæq; tuli dicere, quæq; feram.*

*Non hoc obiecit mihi Græcia, cum mea fictus*

*Detinuit patrio littore uela furor.*

*Sed thalamis nec uelle tuis, nec posse carere,*

*Causaq; fingendæ tu mihi mentis eras.*

*Nil tibi rescribam curas, properemq; uenire:*

*Dum propero, aduersi uela tulere Noti.*

*Non me Troia tenet Graijs odiosa puellis:*

*Iam cinis, & tantum flebile Troia solum.*

*Deiphobusq; iacet, iacet Astius, & iacet Hector,*

*Et quicumque tui causa timoris erant.*

*Euasi, & Thracum caeso duce prælia Rheso,*

*In mea captiuis castra reuectus equis.*

*Tutus & è media Phrygiæ Tritonidos arce*

*Fatalis palmæ pignora capta tuli.*

*Nec timui commissus equo, malè sedula quamuis*

*Clamabat uates, urite Troës equum.*

*Urte, mendaci celantur robore Achiui,*

ii 4

Et

Et Phrygas in miseros ultima bella ferunt.  
 Perdiderat iunuli supremum munus Achilles,  
 Sed Thetidi est humeris redditus ille meis.  
 Nec laudem Danaï tanto renuere labori:  
 Erepti pretium corporis arma tuli.  
 Quid refert: pelago sunt obruta: non mihi classes,  
 Non socij superant, omnia pontus habet.  
 Solus adhuc mecum, qui me tot casibus unus  
 Durauit, patiens ad mala perstat Amor.  
 Illum non audis canibus Nereïa uirgo  
 Fregit, non tumidis torta Charybdis aquis.  
 Non ferus Antiphates, nec in uno corpore discors  
 Parthenope blandis insidiosa modis.  
 Non quòd Colchiacas artes tentauerit herbis,  
 Non quòd solennes altera diua toros:  
 Vtraque se nobis mortalia demere fila  
 Sponte, Stygijs utraque posse uias:  
 Te tamen hac etiam spreta mercede petiui  
 Passurus terra tot mala, totq; mari.  
 Sed tu fœmineo nunc forsân nomine tacta  
 Non secura leges cætera uerba mea.  
 Quæq; mihi Circe, quæ sit mihi causa Calypso,  
 Iandudum ignoto sollicitere metu.  
 Certè ego cum Antinoum, Polybumq; Medontaq; legi,  
 Heu totosanguis corpore nullus erat.  
 Tot iuuenes inter tot uina liquentia semper,  
 Hei mihi quid credam: pignore casta manes.  
 Cürue placent ulli, si sunt in fletibus ora?  
 Deperit & lacrymis non decor iste tibi?  
 Pacta quoque es thalamo, nisi mendax tela moretur:  
 Et cceptum reuocas pallida semper opus.

Ars

Ars pia: sed quoties oculos frustrabere lana,  
 Successum toties ars dabit ista tibi.  
 Ah melius Polypheme tuo superatus in antro  
 Finissem ingratos ad mala tanta dies.  
 Threicio melius cecidissem milite uictus,  
 Ismaron errantes cum tenuere rates.  
 Crudelem iæ illo satiassem tempore Ditem,  
 Quo redij Stygijs fata moratus aquis,  
 Vidi ubi nequicquam quod me littera \* cessat,  
 Sospes digresso quæ mihi mater erat.  
 Rettulit illa domus eadem mala, meq; querentem.  
 Fugit, ab amplexu ter resoluta meo.  
 Phylaciden uidi, contemptis sordibus, ille  
 Primus in Hectoreas intulit arma domos.  
 Felix laudata cum coniuge, læta per umbras  
 Illa suum fortè sit comitata uirum.  
 Necdum illi Lachesis dictos numerauerat annos,  
 Sed iuuat ante suum sic cecidisse diem.  
 Vidi, nec lacrymas oculi tenuere cadentes,  
 Deformem Atriden (hei mihi) cæde noua.  
 Illum Troia uirum non læserat, ille furentem  
 Nauplion, Euboicos transferatq; sinus.  
 Quid refert? animam per uulnera mille profudit  
 Iam reduci soluens debita uota Ioui.  
 Tyndaris has illi lætas pro fœdere penas  
 Struxerat, externos ipsa secuta uiros.  
 Ah mihi quid prodest, captiuas Teucridas inter  
 Cum staret coniux Hectoris, atque soror.  
 Defectis Hecubam potui legisse sub annis  
 Ne tibi suspectus pellicis esset amor,  
 Prima meis omen metuendum puppibus illa

\*cclat

ii 3

Fecit.



Fecit, non membris ipsa reperta suis.  
 Latratu miser as finiuit mœsta querelas,  
 Et stetit in rabidam protinus acta canem.  
 Prodigio tali placidum Thetis abstulit æquor;  
 Aeolus infusus incubuitq; Notis.  
 Peruagus hinc toto non felix differor orbe,  
 Et quacunq; uocat fluctus, & aura, feror.  
 Sed si Tircias tam leti prouidus Argur;  
 Quam uerax uates in mala nostra fuit,  
 Et terra, & pelago quicquid mihi triste canebat  
 Emensus, fâto iam meliore uagor.  
 Iam mihi nescio quo comitem se in littore iungit  
 Pallas, & hospitibus per loca tuta trahit.  
 Nunc primum Pallas uerse post funera Troiæ  
 Visa mihi: medium temporis ira tulit.  
 Quicquid Oilides commiserat, omnibus unus  
 Peccauit: Danaïs omnibus ira nocens.  
 Nec te Tydide, cuius modo nouerat arma,  
 Eximit: errato tu quoque ab orbe uenis.  
 Non Telamone satum capta de coniuge Teucrum,  
 Non ipsum, pro quo mille fuere rates.  
 Felix Plistenides, quacunq; in sorte fuisti,  
 Coniuge cum chara, non grauis illa fuit.  
 Seu uenti fecere moras, siue æquora uobis,  
 At nulla est uester damna retentus amor.  
 Oscula nec uenti certè tenuere, nec undæ  
 Promptaq; in amplexus brachia semper erant.  
 Sic utinam errarem, faceres tu mollia coniux  
 Aequora, te socia nil mihi triste foret.  
 Nunc quoque Telemacho tecum mihi sospite tecto  
 Omnia sunt animo iam leuiora mala.

Quem

Quem tamen in festas rursum queror ire per undas  
 Herculeam Sparten, Nestoreamq; Pylon.  
 Ingrata est pietas, cui tanta pericula subsunt.  
 Nam male commissus fluctibus ipse fuit.  
 Sed labor in fine est, occursum in litore uates  
 Dixit, in amplexus chare ferere tuos.  
 Noscendus soli ueniam tibi, tu preme solers  
 Letitiam, & tacito gaudia conde sinu.  
 Non ui certandum, nec aperta in bella ruendum,  
 Sic cecinit laurus ille monere suas.  
 Forsitan ante dapes, interq; uacantia uina  
 Vltoris pharetris utile tempus erit.  
 Et modò despectum subito mirentur Vlysssem.  
 Heu precor, ut properet ille uenire dies:  
 Antiqui renouet qui letus foedera lecti,  
 Et tandem incipias coniuge chara frui.

## PHYLLIDI DEMOPHOON.

Phyllidi Demophoon patria dimittit ab urbe:  
 Et patriam meminit muneri esse tui.  
 Nec face Demophoon, alia nec coniuge captus,  
 Sed tam non felix, quam tibi notus erat.  
 Thesea, quo socero nequicquam Phylli timebas,  
 Impuleritq; ignes forsitan ille tuos:  
 Turpe pati nobis, regno ferus expulit hospes,  
 Hunc illi finem longa senectæ dedit.  
 Qui modò peltiferas fudit Mæotidas armis,  
 Alcide magni non minor esse comes.  
 Qui socerum Minoa graui sibi fecit ab hoste  
 Mirantem monstri cornua uicta sui.  
 Arguor exilij, quem credis, causa fuisse:

Nec

Nec tacitum frater, nec sinit esse reum.  
 Dum thalamos (inquit) dilectæ Phyllidos urges,  
 Et tuus externo cessat in igne furor,  
 Fluxere interea pede tempora lapsa fugaci,  
 Præuenitq; tuas flebilis ora moras.  
 Forsitan aut nondum factis occurrere rebus,  
 At poteras factis utilis esse tamen:  
 Cum potiora tibi Rhodopeia regna fuere,  
 Quæq; magis regnis chara puella fuit.  
 Intonat his Athamas, eadem mox obijcit Aethra  
 Infelix functæ iam propè sortis anus.  
 Et quòd non condant nati sua lumina palmæ,  
 Fecisse his nostras arguit usque moras.  
 Non equidem infiteor, multum clamauit uterque,  
 Staret Threicijs cum mihi puppis aquis.  
 Poscunt Demophoon, quid cessas? carbasa uenti.  
 Demophoon patrios respice iure Deos.  
 Respice & exemplum, qua gaudes, Phyllida sume:  
 Sic amat, ut terra nolit abire sua.  
 Utq; redire uelis, non ut comitetur euntem  
 Te rogat, & præfert barbara regna tuis.  
 Me tamen hæc inter tacitum conuitia sæpe  
 Aduersis memini uota tulisse Notis.  
 Sæpe abitura tuo ponentem brachia collo  
 Gausum in fluctus æquora mota truces.  
 Nec metuum hoc ipso coram genitore fateri.  
 Libertas meritis est mihi facta tuis.  
 Dices non duro dilectam Phyllida liqui  
 Pectore, nec præceps uela ferenda dedi.  
 Et fleui, & flentem solando sæpe, remansi,  
 Cum staret cursus iam mihi certa dies.

Denique

Denique Threicia ueni rate, non dare Phyllis  
 Quam potuit, iussit tardius ire ratem.  
 Ignosce & fasso, memor es Minoidos ipse:  
 Antiquus necdum pectore cecidit amor.  
 Et quoties oculis circumdat sidera, dixit,  
 Quæ fulget cælo, nostra puella fuit.  
 Illum dilectæ Bacchus sibi cedere iussit  
 Coniuge, desertæ crimen at illi subit.  
 Exemploq; patris periurus dicor & ipse,  
 Nec quæris causas Sithoni dura moræ:  
 Nec satis ampla putas redituri pignora, si me  
 Non amor alterius, non amor ullus habet.  
 Nulla ne fama tibi turbatos Phylli penates  
 Theseos, & miseræ rettulit acta domus?  
 Non laqueos audis chari me flere parentis?  
 Flebilior laqueis hei mihi causa subest.  
 Non fratrem Hippolytum, cecidit miserabilis ille  
 Præceps attonitis per freta raptus equis.  
 Non tamen excuso reditus, licet undique fata  
 Accumulent causas, tempora parua peto.  
 Thesea, quod superest, patrem tumulabimus ante,  
 Succedat tumulo uon sine honore decens.  
 Da spatium, ueniamq; peto: non perfidus absum:  
 Nec mihi iam terra tutior ulla tua est.  
 Quicquid mite fuit post diruta Pergama, quicquid  
 Aut bella, aut pelagi detinere moræ,  
 Sola fuit Thrace: patria quoque iactor in illa.  
 Auxilium superest casibus una meis.  
 Si modo mens eadem, nec quòd sit iam mihi diues  
 Regia Cecropia non minor arce, mouet:  
 Nec patris offendunt casus, nec crimina matris,

Nec

Neciam non felix omine Demophoon.

Quid si Phœbeam peterem te coniuge Troiam?

Perq; annos sequerer bella gerenda decem?

Penelopen audis, toto laudatur in orbe,

Exemplum fidi non leue facta tori.

Illa piē (sic rumor ait) mendacia tela

Struxit, & instantes distulit arte toros.

Cum properata palam reuocaret stamina noctis,

Atque iterum in lanas omne rediret opus.

At tua ne fugiant spreti connubia Thraces

Phylli times, ulli nubere dura potes?

Estq; tibi pectus cuiusquam accedere tedas?

Obstat perfidiae nec metus iste tu.e?

O tibi quantus erit facti rubor, ah tibi quantus

Tum dolor, aspicias cum mea uela procul.

Damnabisq; tuos sero temeraria questus:

Demophoon, dices, hei mihi fidus erat.

\*redit huc

Demophoon \*reddit, & seuos forsitan Euos

Passus, & hyernas dum quoque currit aquas.

Ah cur nescio quam properauimus hei mihi culpam:

Rupi, quam ruptam sum mihi quæsta, fidem.

Si tamen ah potius sic perstes, quam mihi de te

Vlterior tangat pectora Phylli dolor.

Quos tibi (me miserum) laqueos? quæ fata minaris?

Et nimis audaces gens habet ista Deos.

\*famamq;

Parce precor, \*flammasq; domus mihi crimen habentis

Perfidiae, gemina ne preme dura nota.

Excuset patrem fatis in parte relicta

Gnosis: non merui, cur ferar ipse nocens.

Nunc uenti mea uerba ferant, qui uela tulerunt,

Est animus reditus, sed pia causa tenet.

Q Væ satis apta tibi tam iuste Nympha querenti  
Rescribam, fateor querere uerba manum.

Quærit, nec subeunt: sentit sua crimina tantum:

Soluere quæ sentit, non sinit alter amor.

Si leuat hic iras, ipso me iudice damnor:

Quid refert: causa tu meliore carcs.

Damnatumq; tibi non sub sua iura Cupido.

Retrahit, alterius sic quoque præda sumus.

Prima meis tu pacta toris, fassusq; iuuentam

Te primùm accepta est coniuge noster amor.

Nondum tantus eram, quo me genitore superbum

Arguis, hoc dominus tunc retinendus eram.

Non ego Deiphobum sperabam, aut Hectora fratrem,

Cum pastos agerem te comitante greges.

Reginamq; Hecuben nisi matris nomina noram,

Et fueras illi digna manere nurus.

Sed non est rationis amor: te consule Nympha,

Lesa es, & lesam scribis amare tamen.

Cumq; petant Satyri connubia, cum tua Panes,

Deiectæ memor es tu tamen usque facis.

Adde quod hic fatis amor est adiutus, & illum

Præscia uenturi uiderat ante soror.

Nondum Tyndaridos nomen mihi sederat aure,

Nec cecinit Graios illa uocare uiros,

Omnia uera uides, superant mea uulnera tantum,

Vtq; tuam supplex poscere cogor opem.

Te penes arbitrium nostræ uitæq; necisq;

Victuri iam nunc pectora sume tibi.

Fleuisti, memini, tamen hac in uoce canentis,

Et mala dixisti sint precor ista procul.

Nec sic fata ferant, tulerint sic cætera quamuis,  
 Ut possim Oenone perdere læsa Parim.  
 Tot superare metus qui me, nec credere cogit,  
 (Ignoscas) idem te quoque fallit amor.  
 Imperat ille Deus: cum uult in cornua tauri,  
 Cum uult in pennas destruit ille Iouem.  
 Non foret in terris tanto miranda decore,  
 Tyndaris. heu flammis nata puella meis:  
 Si sua non cyeno mutasset Iuppiter ora,  
 Fluxerat in Danaës aureus antè sinus.  
 Piniferamq; idem falsus lustrauerat ales,  
 Inter Agenoreas constiteratq; boues.  
 Victorem Alciden dominæ quis pensa tenere  
 Crederet: at lanas nere coëgit amor.  
 Dicitur & Coe sedisse in ueste puellæ,  
 Illa Cleoneo tecta leone fuit.  
 Te memini Phœbum Oenone (mea crimina dico)  
 Fugisse, & nostros præposuisse toros.  
 Non ego præstabam Phœbo, sed tela Cupido  
 His in te uoluit legibus ire sua.  
 Consultuere tamen digna tua pellice damna:  
 Quam tibi prætulimus nata puella Ioue est.  
 Sed quod nata Ioue est, minimum me tangit in illa:  
 Quòd non est facies pulchrior ulla, nocet.  
 Atque utinam formæ iudex incallidus essem  
 Creditus Idæis Pegasi Nympha iugis:  
 Non mihi Iunonis, nec obesset Pallados ira,  
 Laudata est oculis quòd Cytherea meis.  
 Diuidit hæc alijs flammæ, celeresq; paresq;:  
 Ut libitum est nati, temperat ipsa faces.  
 Non tamen eualuit uitare domestica tela,

Quos alijs arcus & sibi dura tulit.  
 Deprensa coniux illa in Mauorte dolebat.  
 Testibus hic diuis cum Ioue questus erat.  
 Iam dolet, & Mauors terras, ulroq; reliquit.  
 Prætulit Anchisen hinc abitura suum.  
 Anchisen propter uoluit formosa uideri,  
 Visq; post latam iacuit ultra deam.  
 Quid mirum est potuisse pari succurrere amori,  
 Immunis sub quo non fuit ipse Paris?  
 Quam læsus Menelaus amat, non læsus amaui,  
 Adijce non læso quòd comes ipsa fuit.  
 Et magnos uideo cogi mihi rapta tumultus,  
 Armataq; petunt Pergama mille rates.  
 Non uereor belli ne non sit causa probanda.  
 Est illi facies digna mouere duces.  
 Si mihi nulla fides, armatos respice Atridas:  
 Quam sibi sic repetunt, sic metuenda mihi est.  
 Quòd si uertendæ spem mentis concipis huius,  
 Cur cessant herbæ? carmina cur ue tua?  
 Cum te nec Phœbi solertior artibus ulla est,  
 Phœbeæq; Hecates somnia uera uides.  
 Tecum syderibus, tecum deducere lunam,  
 Nubibus & memini surripuisse diem.  
 Pascebam tauros, interq; armenta leones  
 Obstupui placidos uocibus ire tuis.  
 Quid retro Xanthum? retro Simoënta uocatum  
 Adijci. am cur sus non tenuisse suos?  
 Ipse pater seu rem natæ malè tutus haberet,  
 Cantatas quoties restitit inter aquas.  
 Nunc locus Oenone est, nunc illas tende, parauit  
 Sive tuos ignes pellere, sive meos.

## P. O V I D I I

## NASONIS ELEGIA.

RVM, SIVE AMO-

RVM LIBER

PRIMVS.

## ELEGIA PRIMA.



Quemadmo-  
dum à Cupi-  
dine pro bel-  
lis amores scri-  
bere coactus  
sit.

VI MODO' Nasonis fueramus  
quinque libelli,

Tres sumus: hoc illi prætulit autor  
opus,

Vt iam nulla tibi nõ sit legisse uoluptas.

At leuior demptis pœna duobus erit.

Arma graui numero, uiolentaq; bella

(parabam

Edere, materia conueniente modis.

Par erat inferior uersus: risisse Cupido

Dicitur, atque unum surripuisse pedem.

Quis tibi seue puer dedit hoc in carmine iuris?

Pieridum Vates, non tua turba sumus.

Quid, si præripiat flauæ Venus arma Mineruæ,

Ventilet accensas flaua Minerua faces?

Quis probet in syluis Cererem regnare iugosis,

Lege pharetrata uirginis arua coli?

Crimibus insignem quis acuta cuspide Phœbum

Instruat, Aoniam Marte mouente byram?

Sunt tibi magna puer, ni miuinq; potentia regna.

Cur opus affectas ambitiose nouum?

An, quod ubique, tuum est: tua sunt Heliconia Tempe?

Vix etiam Phœbo iam byra tuta sua est.

Cum bene surrexit uersu noua pagina primo,

Attenuat

Attenuat nervos protinus ille meos.

Nec mihi materia est numeris leuioribus apta,

Aut puer, aut longas compta puella comas.

Questus eram, pharetra cum protinus ille soluta,

Legit in exitium spicula facta meum.

Lunavitq; genu sinuosum fortiter arcum,

Quodq; canas Vates accipe, dixit, opus.

Me miserum, certas habuit puer ille sagittas.

Vror, & in uacuo pectore regnat amor.

Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat,

Ferrea cum uestris bella ualete modis.

Cingere littorea flauentia tempora myrto

Musa per undenos emodulanda pedes.

## ELEGIA II.

Ese quid hoc dicam, quod tam mihi dura uidentur  
Strata? neque in lecto pallia nostra sedent?

Et uacuus somno noctem, quam longa, peregi,

Lassaq; uersati corporis ossa dolent.

Nam puto sentirem, si quo tentarer amore:

An subit, & tacita callidus arte nocet?

Sic erat, hæserunt tenues in corde sagittæ,

Et possessa ferus pectora uersat Amor.

Cedimus? an subitum luctando accendimus ignem?

Cedamus: leue fit, quod bene fertur, onus.

Vidi ego iactatas mota face crescere flammæ,

Et uidi nullo concutiente mori.

Verbera plura ferunt, quam quos iuuat usus aratri,

Detrectant præsi dum iuga prima boues.

Asper equus duris contunditur ora lupatis,

Fræna minus sentit, quisquis ad arma facit.

kk z

Acrius

Quod primo  
amore corre-  
ptus, in trium-  
phum duci se  
à Cupidine  
patiat.

Acrius inuitos, multoq; ferocius urget,  
 Quàm qui seruitum ferre fatentur, amor.  
 En ego confiteor, tua sum noua præda Cupido:  
 \* uincta Porrigimus uictas ad tua \* iura manus.  
 Nil opus est bello, ueniam, pacemq; rogamus:  
 Non tibi laus, armis uictus inermis, ero.  
 Necte comam myrto, maternas iunge columbas:  
 Qui deceant, currus utricus ipse dabit.  
 Inq; dato curru populo clamante triumphum,  
 Stabis, & adiunctas arte mouebis aues.  
 Ducentur capti iuuenes, captæq; puellæ:  
 Hæc tibi magnificus pompa triumphus erit.  
 Ipse ego præda recens, factum modo uulnus habebo,  
 Et noua captiua uincta mente feram.  
 \* reuinctis Mens bona ducetur manibus post terga \* retortis,  
 Et pudor, & castris quicquid amoris obest.  
 Omnia te metuent, ad te sua brachia tendent,  
 Vulgus Iô magna uoce triumphæ canet.  
 Blanditiæ comites tibi erunt, terrorq; furorq;  
 . Assidue partes turba secuta tuas.  
 / His tu militibus superas hominesq; Deosq;  
 / Hæc tibi si demas commoda, nudus eris.  
 Leta triumphanti de summo mater olympo  
 Plaudet, & appositas sparget in ora rosas.  
 \* gemina Tu penna, pulchros \* gemma uariante capillos,  
 Ibis in auratis aureus ipse rotis.  
 Tum quoque non paucos ( si te bene nouimus ) ures,  
 Tunc quoque præteriens uulnera multa d. bis.  
 Non possunt ( licet ipse uelis ) cessare sagittæ:  
 Feruida uicino flamma uapore nocet.  
 : Talis erat domita Bacchus Gangetide terra:

Tu grauis alitibus, tigribus ille fuit.  
 Ergo, cum possim sacri pars esse triumphæ,  
 Parce tuas in me perdere uictor opes.  
 Aspice cognati felicia Caesaris arma:  
 Quæ uicit, uictos protegit ille manu.

## ELEGIA III.

I Vsta precor : quæ me nuper prædata puella est,  
 Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.  
 Ah nimium uolui, tantum patiatum amari,  
 Audierit nostras tot Cytherea preces.  
 Accipe per longos tibi qui deseruiat annos,  
 Accipe, qui pura norit amare fide.  
 Si me non ueterum commendant magna parentum  
 Nomina, si nostri sanguinis autor eques,  
 Nec meus innumeris renouatur campus aratris,  
 Temperat & sumptus parcus uterque parens,  
 At Phæbus, comitesq; nouem, \* iurisq; repertor,  
 Hoc faciunt, & me qui tibi donat, amor:  
 Et non cessuri nisi Dijs sine crimine mores,  
 Nudaq; simplicitas, purpureusq; pudor.  
 Non mihi mille placent, non sum desertor amoris:  
 Tu mihi ( si qua fides ) cura perennis eris.  
 Tecum, quos dederint annos mihi fila sororum,  
 Viuere contingat, teq; dolente mori.  
 Te mihi materiam felicem in carmina præbe,  
 Proueniant causæ carmina digna tuæ.  
 Carmine nomen habet exterrita cornibus Iô,  
 Et quam fluminea lusit adulter aue.  
 Quæq; super pontum simulato uecta iuuenço,  
 Virginea tenuit cornua falsa manu.

Ad amicam.

\* uitisq;

Nos quoque per totum pariter cantabimur orbem,  
iuncta q; semper erunt nomina nostra tuis.

## ELEGIA IIII.

Amicam, qua  
arte, qbus, ue  
nutibus i cœ  
na præfente ui  
ro uti debeat,  
admonet.

Vir tuus est epulas nobiscum aditurus easdem,  
Vltima coena tuo sit, precor, illa uiro.  
Ergo ego dilectam tantum conuiuia puellam  
Aspiciam? tangi quem iuuet, alter erit?  
Alteriusq; sinu dextram subiecta fouebis?  
Iniiciet collo, cum uolet, ille manum?  
Desine mirari, posito quod candida uino  
Atracis ambiguos traxit in arma uiros.  
Nec mihi sylua domus, nec equo mea membra coherent,  
Vix à te uideo posse tenere manus.  
Quæ tibi sunt faciendæ, tamen cognosce, nec Euris  
Da mea, nec tepidis uerba ferenda Notis.  
Antè ueni, quàm uir: nec quid, si ueneris antè,  
Posit agi, uideo: sed tamen antè ueni.  
Cum premet ille torum, uultu comes ipsa modesto  
Ibis, ut accumbas, clam mihi tange pedem.  
Me spectata, nutusq; meos, multumq; loquacem,  
Excipe furtiuas, & refer ipsa, notas.  
Verba supercilij sine uoce loquentia dicam:  
Verba leges digitis, uerba notata mero.  
Cum tibi succurret Ventris lasciuia nostræ,  
Purpureas tenero pollice tange genas.  
Si quid erit, de me tacita quod mente loquaris,  
Pendeat extrema mollis ab aure manus.  
Cum tibi quæ faciam, mea lux, dicam ue, placebunt,  
Verfetur digitis annulus usque tuis.  
Tange manu mensam, tangunt quo more precantes,

Optabil

Optabis merito cum mala multa uiro.  
Quod tibi miscuerit, sapias, bibat ipse iubeto.  
Tu puerum leuiter posce, quod ipsa uoles.  
Quæ tu reddideris, ego primus pocula sumam:  
Et qua tu biberis, hac ego parte bibam.  
Si tibi forte dabit, quos prægustauerit ipse,  
Reijce libatos illius ore cibos.  
Nec premat ille suis finito tua colla lacertis,  
Mite nec in rigido pectore pone caput.  
Nec sinus admittat digitos, habiles ue papillæ:  
Oscula præcipue nulla dedisse uelis.  
Oscula si dederis, siam manifestus amator,  
Et dicam, mea sunt, iniiciamq; manus.  
Hæc tamen aspiciam, sed quæ bene pallia celant,  
Illa mihi cæci causa timoris erunt.  
Nec femori committe femur, nec crure cohære,  
Nec tenerum duro cum pede iunge pedem.  
Multa miser timeo, quia feci multa proteruè:  
Exempliq; metu torqueor ipse mei.  
Sæpe mihi, dominaq; meæ properata uoluptas  
Veste sub iniecta dulcere peregit opus.  
Hoc tu non facies: sed ne fecisse puteris,  
Conscia de tergo pallia deme tuo.  
Vir bibat usque roga, precibus tamen oscula desint:  
Dumq; bibet, furtim (si potes) adde merum.  
Si bene compositus somno, uinoq; iacebit,  
Consilium nobis resq; locusq; dabunt.  
Cum surges abitura domum, surgemus & omnes:  
In medium turbæ fac memora agmen eas.  
Agrine me inuenies, aut inuenieris in illo:  
Quicquid ibi poteris tangere, tange mei.

k k 4

Me

Me miserum monui, paucis quod proffit in horis,  
 Separor à domina nocte iubente mea.  
 Nocte uir includet, lacrymis ego mœstus obortis,  
 Quà licet, ad sæuas prosequar usque fores.  
 Oscula iam sumet, iam non tantum oscula sumet.  
 Quod mihi das furtim, iure coacta dabis.  
 Verum inuita dato, potes hoc, similisq; coactæ:  
 Blanditiæ taceant, sitq; maligna Venus.  
 Si mea uota ualent, illum quoque ne iuuet, opto:  
 Sin minus, at certè te iuuet inde nihil.  
 Sed quæcunque tamen noctem Fortuna sequatur,  
 Cras mihi constanti uoce dedisse nega.

## ELEGIA V.

**A**Estus erat, mediâq; dies exegerat horam,  
 Apposui medio membra \* lauanda toro.  
 Pars ad aperta fuit, pars altera clausa fenestræ,  
 Quale ferè syluæ lumen habere solent.  
 Qualia sublucent fugiente crepuscula Phæbo:  
 Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.  
 Illa uerecundis lux est præbenda puellis,  
 Quà timidus latebras speret habere pudor.  
 Ecce Corinna uenit tunica uelata recincta,  
 Candida diuidua colla tegente coma.  
 Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse  
 Dicitur, & multis Laïs amata \* uiris.  
 Diripui tunicam, nec multum rara nocebat.  
 Pugnabat tunica se tamen illa tegi.  
Quæ cum ita pugnaret, tanquam quæ uincere nollet,  
Victa est non agrè proditione sua.  
 Vt stetit ante oculos posito uelamine nostros,

Corinnæ con-  
 subitus.

\* lauanda

\* procis

In toto nusquam corpore menda fuit.  
 Quos humeros, quales uidi, tetigiq; lacertos?  
 Forma papillarum quàm fuit apta premi?  
 Quàm castigato planus sub pectore uenter?  
 Quantum, & quale latus? quàm iuuenile femur?  
 Singula quid referam? nil non laudabile uidi,  
 Et nudam pressi corpus ad usque meum.  
 Cætera quis nescit? læsi requieimus ambo:  
 Proueniant medijs sic mihi sæpe dies.

## ELEGIA VI.

**I**Anitor indignè dura religate catena  
 Difficilem moto cardine pande forem.  
 Quod precor, exiguum est, aditu sic ianua paruo  
 Obliquum capiat semiadaperta latus.  
 Longus amor tales corpus tenuauit in usus,  
 Aptaq; subducto corpore membra dedit.  
 Ille per excubias custodum leniter ire  
 Monstrat, inoffensos dirigit ille pedes.  
 At quondam noctem, simulacraq; uana timebam,  
 Mirabar tenebris si quis iturus erat.  
 Risit, ut audiuit tenera cum matre Cupido,  
 Et leuiter, fies tu quoque fortis, ait.  
 Nec mora, uenit amor: non umbra nocte uolantes,  
 Non timeo strictas in mea fata manus.  
 Te nimium timeo lentum, tibi blandior uni:  
 Tu, me quo possis perdere, fulmen habes.  
 Aspice, ut inuideas, inimicâq; claustra relaxa,  
 Vda sit ut lacrymis ianua facta meis.  
 Certè ego, cum posita stares ad uerbera ueste,  
 Ad dominam pro te uerbatremente tuli.

Ad ianitorē,  
 ut fores sibi  
 aperiat.

kk s.

Ergo



Ergo quæ ualuit pro te quoque gratia quondam,  
 (Heu facinus) pro me nunc ualet illa parum.  
 Redde uicem meritis, gratis licet esse quod opto.  
 Tempora noctis eunt, excute poste seram.  
 Excute, sic nunquam dura religere catena,  
 Nec tibi perpetuo serua bibatur aqua.  
 Ferreus orantem nequicquam ianitor audis.  
 Roboribus duris ianua fulta riget.  
 Urbibus obfessis clausæ munimina portæ  
 Profunt: in media pace quid arma times?  
 Quid faceres hosti, qui sic excludis amantem?  
 Tempora noctis eunt, excute poste seram.  
 Non ego militibus uenio comitatus, & armis:  
 Solus eram, si non se uis adisset amor.  
Hunc ego si cupiam, nunquam dimittere possum,  
 Antè uel à membris diuidar ipse meis.  
 Ergo amor, & modicum circum mea tempora uinum  
 Mecum est, & madidis lapsa corona comis.  
 Arma quis hæc timeat? quis non eat obuius illis?  
 Tempora noctis eunt, excute poste seram.  
 Lentus es? an somnus, qui te malè præbet amanti,  
 Verba dat in uentos aure repulsa tua?  
 At (memini) primo, cum te celare uolebam,  
 Peruigil in mediæ sydera noctis eras.  
 Forsitan & tecum tua nunc requiescit amica.  
 Heu melior quantò fors tua sorte mea est.  
 Dum modò sic, in me duræ transite catenæ:  
 Tempora noctis eunt, excute poste seram.  
 Fallimur? an uerso sonuerunt cardine postes,  
 Raucaq; concussæ signa dedere fores?  
 Fallimur: impulsæ est animoso ianua uento:

Heu

Heu mihi quàm longè spem tulit aura meam.  
 Si satis es raptæ Borea memor Orithyie,  
 Huc ades, & surdas flamine tunde fores.  
 Vrbe silent tota, uitreoq; madentia rore  
 Tempora noctis eunt, excute poste seram.  
 Aut ego iam ferroq; igniq; \*potentior ipso,  
 Quem face sustineo, tectâ superba petam.  
Nox, & amor, uinumq; nihil moderabile suadent:  
illa pudore uacat, Liber, Amorq; metu.  
 Omnia consumpsi, nec te precibus, minisq;  
 Mouimus, \*es sôribus durior ipse tuis.  
 Nec te formosæ decuit seruare puellæ  
 Limina: sollicito carcere dignus eras.  
 Iamq; pruinosos molitur Lucifer axes,  
 Inq; suum miseros excitat ales opus.  
 At tu non letis detracta corona capillis,  
 Dura super tota limina nocte iace.  
 Tu dominæ, cum te proiectam manè uidebit,  
 Temporis absumpti tam malè, testis eris.  
 Qualiscunque uide, senti q; abeuntis amorem  
 Lentè, nec admissio turpis amante, uide.  
 Vos quoque crudeles rigido cum limine postes,  
 Duraq; confertæ ligna ualete fores.

\*paratior  
ipse

\*ô sôribus

## ELEGIA VII.

**A**dde manus in uincla meas, meruere catenas:  
 Dum furor omnis abest, si quis amicus ades.  
 Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.  
 Flet mea uesana læsa puella manu.  
 Tunc ego uel charos potui uiolare parentes,  
 Sæua uel in sanctos uerbera ferre deos.

Ad pacandam  
amicâ, quam  
uerberauerat.

Quidè

Quid? non & clypei dominus septemplicis Ajax  
 Strauit deprensos lata per arua greges?  
 Et uindex in matre, patris malus ultor Orestes  
 Ausus in arcanas poscere tela Deas?  
 Ergo ego digestos potui laniare capillos?  
 Nec dominam motæ deducere comæ?  
 Sic formosa fuit, talem Schœneida dicam  
 Mœnalias arcu sollicitasse feras.  
 Talis periuri promissaq; uelâq; Thesei  
 Fleuit præcipites Cressa tulisse Notos.  
 Sic, nisi uittatis quod erat Cassandra capillis,  
 Procubuit templo casta Minerua tuo.  
 Quis mihi non demens? quis non mihi barbare dixit?  
 Ipsa nihil: pauido lingua retenta metu est.  
 Sed taciti fecere tamen conuitia uultus,  
 Egit me lacrymis ore silente reum.  
 Ante meos humeris uellem cecidisse lacertos.  
 Vtilius potui parte carere mei.  
 In mea uesanas habui dispendia uires?  
 Et potui poenam fortis inire meam?  
 Quid mihi uobiscum cædis, scelerumq; ministræ?  
 Debita sacrilegæ uincla subite manus.  
 An, si pulsassem minimum de plebe Quiritem,  
 Plexerem? in dominam ius mihi maius erit?  
 Pessima Tydides scelerum monumenta reliquit:  
 Ille deam primus perculit, alter ego.  
 Et minus ille nocens: me quam profitebar amare  
 Læsi, Tydides sæuus in hoste fuit.  
 I nunc, magnificos, uictor molire triumphos,  
 Cinge comam lauro, uotaq; redde Ioui.  
 Quæq; tuos currus comitantum turba sequetur

Clamet,

Clamet, Iò forti uicta puella uiro est.  
 Ante eat effuso tristis captiua capillo,  
 Si sinerent læsæ candida colla genæ.  
 Aptius impressis fuerat liuere labellis,  
 Et collum blandi dentis habere notam.  
 Denique, si tumidi ritu torrentis agebar,  
 Cæcâq; me prædam fecerat ira suam,  
 Non ne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ?  
 Nec nimum rigidas intonuisse manus?  
 Aut tunicam summa deducere turpiter ora?  
 Ut mediam mediæ zona tulisset opem?  
 At nunc sustinui raptis à fronte capillis  
 Ferreus ingenuas ungue notare genas.  
 Astitit illa \*gemens, albo, & sine sanguine uultu,  
 Cæduntur Parijs qualia saxa iugis.  
 Exanimis artus, & membra trementia uidi,  
 Ut cum populus uentilat aura comas:  
 Utq; leui Zephyro gracilis uibratur arundo,  
 Summa uè cum tepido stringitur unda Noto.  
 Suspenseq; diu lacrymæ fluxere per ora,  
 Qualiter abiecta de niue manat aqua.  
 Tunc ego me primum cœpi sentire nocentem.  
 Sanguis erant lacrymæ, quas dabit illa, meus.  
 Ter tamen ante pedes uolui procumbere supplex,  
 Ter formidatas reppulit illa manus.  
 At tu, ne dubita, minuet uindicta dolorem,  
 Protinus in uultus uirgibus ire \*licet.  
 Nec nostris oculis, nec nostris parce capillis:  
 Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.  
 Ne uè mei sceleris tam tristia signa supersint,  
 Pone recompositas in statione comas.

\*amens

\*meos

ELEG

## ELEGIA VIII.

Execratur lenā, quæ puellam suā meretricia arte intruebat.

**E**T quædam, quicunque uolet cognoscere lenam,  
Audiat, est quædam nomine Dipsas anus.  
Ex re nomen habet: nigri non illa parentem  
Memnonis in roseis sobria uidit equis.  
Illa magas artes, Aëaëq; carmina nouit,  
Inq; caput liquidas arte recuruat aquas.  
Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo  
Licia, quid ualeat uirus amantis equæ.  
Cum uoluit, toto glomerantur nubila cocto,  
Cum uoluit, puro fulget in orbe dies.  
Sanguine (siqua fides) stillantia sydera uidi,  
Purpureus luna sanguine uultus erat.

*\* uiuam* Hanc ego nocturnas uersam uolitare per umbras  
Suspicio, & pluma corpus anile tegi.  
Suspicio, & fama est: oculis quoque pupula duplex,  
Fulminat, & geminum lumen ab orbe uenit.  
Euocat antiquis proauos, atauosq; sepulcris,  
Et solidam longo carmine findit humum.  
Hæc sibi proposuit thalamos uiolare pudicos,  
Nec tamen eloquio lingua nocente caret.  
Fors me sermoni testem dedit, illa monebat  
Talia, me duplices occulere fores.  
Scis hera te mea lux iuueni placuisse beato:  
Hæsit, & in uultu constitit usque tuo.  
Et cur non placeas? nulli tua forma secunda est:  
Me miseram, dignus corpore cultus abest.  
Tam felix esses, quam formosissima, uellem.  
Non ego te facta diuite pauper ero.  
Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis:

Mars abiit, signo nunc Venus apta tuo est.  
Prosit \* & adueniens, en aspice, diues amator,  
Te cupit, & curæ, quid tibi desit, habet.  
Est etiam facies, quæ se tibi comparat, illi.  
Si te non emptam uellet, emendus erat.  
Eruibuit: decet alba quidem pudor ora: sed iste,  
Si similes, prodest: uerus obesse solet.  
Cum bene deiectis gremium spectabis ocellis,  
Quantum quisque ferat, respiciendus erit.  
Forsitan incultæ Tatio regnante Sabinæ  
Noluerint habiles pluribus esse uiris.  
Nunc Mars externis animos exercet in armis,  
Et Venus Aenææ regnat in urbe sui.  
Ludunt formosæ: casta est, quam nemo rogauit:  
Aut si rusticitas non uetat, ipsa rogat.  
Has quoque, quas frontis rugas in uertice portas,  
Excute: de rugis crimina multa cadent.  
Penelope uires iuuenum tentabat in arcu,  
Qui latus argueret, corneus arcus erat.  
Labitur occulte, fallitq; uolatilis ætas,  
Et celer admissis labitur annus equis.  
Aera nitent usu, uestis bona quærit haberi,  
Canescunt turpi tecta relicta situ.  
Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit,  
Nec satis effectus unus & alter habet.  
Certior è multis, nec tam inuidiosa rapina est:  
Præda uenit cauis de grege plena lupis.  
Ecce quid iste tuus præter noua carmina Vates  
Donat: amatoris millia multa leges.  
Ipse Deus uatum, palla spectabilis aurea,  
Tractat inauratæ consona fila lyre.

Qui dabit, ille tibi magno sit maior Homero,  
 (Crede mihi) res est ingeniosa dare.  
 Nec tu, si quis erit capitis mercede redemptus,  
 Despice gypsati nomen inane pedis.  
 Nec te decipiant ueteris quinquatria ceræ,  
 Tolle tuos tecum pauper amator auos.  
 Qui quia pulcher erit, poscet sine munere noctem:  
 Quod det, amatorem flagitet ante suum.  
Parcius exigo pretium, dum retia tendis,  
Ne fugiant: captos legibus ure tuis.  
 Nec nocuit simulatus amor: sine credat amari,  
 Et caue, ne gratis hic tibi constet amor.  
 Sæpe nega noctem, capitis modò finge dolorem,  
 Et modò quæ causas præbeat: Isis erit.  
 Mox recipe, ut nullum patiendi colligat usum,  
 Ne'ue relentescat sæpe repulsus amor.  
 Surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti:  
 Audiat exclusi uerba receptus amans.  
 Et quasi læsa prius, nonnunquam irascere læso:  
 Vanescat culpa culpa repulsa tua.  
 Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram:  
Sæpe simulates ira morata facit.  
 Quin etiam discant oculi lacrymare coacti,  
 Et faciant udas ille uel ille genas.  
 Nec, si quem fallas, tu periurare timeto.  
 Commodat illiuis numina surda Venus.  
 Seruus, & ad partes solers ancilla parentur,  
 Qui doceant, apte quid tibi possit emi.  
 Et sibi pauca rogent: multos si pauca rogabunt,  
 Postmodò de stipula grandis aceruus erit.  
 Et soror, & mater, nutrix quoque carpat amantem:

Fit citò per multas præda petita manus.  
 Cùm tibi deficient poscendi munera cause,  
 Natalem libo testificare tuum.  
 Ne securus amet nullo riuale cauto.  
Non bene, si tollas prælia, durat amor.  
 Ille uiri uideat toto uestigia lecto,  
 Factaq; lasciuus liuida colla notis,  
 Munera præcipue uideat, quæ miserit alter:  
 Si tibi nil dederit, sacra roganda uia est.  
 Cùm multa abstuleris, ut non tamen omnia donet,  
 Quod nunquam reddas, commodet ille, roga.  
 Lingua iuuat, mentemq; tegat, blandire, noceq;  
Impia sub dulci melle uenena latent.  
 Hæc si præstiteris usu mihi cognita longo,  
 Nec tulerint uoces uentus, & aura meas:  
 Sæpe mihi dices, uiuas bene: sæpe rogabis,  
 Ut mea defunctæ molliter ossa cubent.  
 \*Nox erat in cursu, cùm me mea prodidit umbra,  
 At nostræ uix se continuere manus,  
 Quin albam, raramq; comam, lacrymosaq; uino  
 Lumina, rugosas distraherentq; genas.  
 Dij tibi dent nullosq; lares, inopemq; senectam,  
 Et longas hyemes, perpetuamq; sitim.

## ELEGIA IX.

**M**ilitat omnis amans, & habet sua castra Cupido,  
 Attice (crede mihi) militat omnis amans.  
 Quæ bello est habilis, Veneri quoque conuenit, ætas:  
Turpe senex miles, turpe senilis amor.  
 Quos petiere duces annos in milite forti,  
 Hos petit in socio bella puella uiro.

\*Vox

Ad Atticum:  
 amantem non  
 oportere defi-  
 diosum esse, si  
 cuti nec mili-  
 tem.

Peruigilant ambo, terra requiescit uterque:  
 Ille fores dominae seruat, at iste ducis.  
 Militis officium longa est uia, mitte puellam,  
 Strenuus exempto sine sequetur amans.  
 Ibit in aduersos montes, duplicataq; nimbo  
 Flumina congestas conteret ille niues.  
 Nec freta pressurus tumidos causabitur Euros:  
 Aptaq; uertendis sidera quæret aquis.  
 Quis, nisi uel miles, uel amans, & frigora noctis,  
 Et denso mistas perferet imbre niues?  
 Mittitur infestus alter speculator in hostes,  
 In riuali oculos alter ut hoste tenet.  
 Ille graues urbes, hic duræ limen amicæ  
 Obsidet: hic portas frangit, at ille fores.  
 Sæpe soporatos inuadere profuit hostes,  
 Cedere & armata uulgus in erme manu.  
 Sic fera Treicij ceciderunt agmina Rhœsi,  
 Et dominum capti deseruistis equi.  
 Nempe maritorum somnis utuntur amantes,  
 Et sua sopitis hostibus arma mouent.  
 Custodum transire manus, uigilumq; cateruas  
 Militis, & miseri est semper amantis opus.  
 Mars dubius, nec certa Venus, uictiq; resurgunt,  
 Quosq; neqes unquam posse iacere, cadunt.  
 Ergo desidiam quicumque uocabit amorem,  
 Desinat: ingenij est experientis amor.  
 \*magnus Ardet in abducta Briseide \*mœstus Achilles:  
 Dum licet, Argiuas frangite Troës opes.  
 Hector ab Andromaches complexibus ibat in arma,  
 Et galeam capiti quæ daret, uxor erat.  
 Summa ducum Atrides uisa Priameidæ fertur

Menad

Menadis effusus obstupuisse comis.  
 Mars quoque deprensus, fabrilia uincula sensit.  
 Notior in cœlo fabula nulla fuit.  
 Ipse ego senis eram, discinctaq; in otia natus,  
 Mollierant animos lectus, & umbra meos:  
 Impulit ignauum formosæ cura puellæ,  
 Iussit & in castris era merere suis.  
 Inde uides uigilem, nocturnaq; bella gerentem.  
 Qui non uult fieri desidiosus, amet.

## ELEGIA X.

QValis ab Europa Phrygijs aduecta carinis,  
 Coniugibus belli causa duobus erat:  
 Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis  
 Callidus in falsa lusit adulter auæ:  
 Qualis Amygone siccis errauit in agris,  
 Cum premeret summi uerticis urna comas:  
 Talis eras, aquilamq; in te taurumq; timebam,  
 Et quicquid magno de Ioue fecit amor.  
 Nunc timor omnis abest, animiq; euauit ardor.  
 Nec facies oculos iam capit ista meos.  
 Cur sim mutatus queris? quia munera poscis:  
 Hæc te non patitur causa placere mihi.  
 Donec eras simplex, animum cum corpore amauit,  
 Nunc mentis uitio lesa figura tua est.  
 Et puer est, & nudus amor: sine sordibus annos,  
 Et nullas uestes, ut sit apertus habet.  
 Quid puerum Veneris pretio prostare iubetis?  
 Quò pretium condat, non habet ille finum.  
 Nec Venus apta feris, Veneris nec filius armis:  
 Non decet imbelles era merere Deos.

Ad puellam,  
 ne pro amore  
 præmia pos-  
 scat.

ll 2

Stat

Stat meretrix certo cuius mercabilis ære,  
 Et miser as iusso corpore quærit opes.  
 Deuouet imperium tamen hæc lenonis auari,  
 Et quod uos facitis sponte, coacta, facit.  
Sumite in exemplum pecudes ratione carentes:  
Turpe erit ingenium mitius esse feris.  
 Non equa munus equum, non taurum uacca poposcit,  
 Non aries placidam munere captat ouem.  
 Sola uiro mulier spolijs exultat adeptis,  
 Sola locat noctes, sola locanda uenit.  
 Et \*uenit quod utrunque iuuat, quod uterque petebat:  
 Et pretium, quanti gaudeat ipsa, facit.  
 Quæ Venus ex æquo uentura est grata duobus,  
 Altera cur illam uendit, & alter emat:  
 Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa uoluptas,  
 Quam socio motu scemina, uirq; ferunt?  
 Non bene conducti uendunt periuria testes,  
 Non bene selecti iudicis arca patet.  
 Turper eos empta miseros defendere lingua,  
 Quod faciat magnas turpe tribunal opes.  
 Turpe tori reditu census augere paternos,  
 Et faciem lucro prostituisse suam.  
 Gratia pro rebus merito debetur inemptis,  
 Pro male conducto gratia nulla toro.  
 Omnia conductor soluit, mercede soluta,  
 Non manet officio debitor ille tuo.  
 Parcite formosæ pretium pro nocte pacisci:  
 Non habet euentus sordida præda bonos.  
 Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas,  
 Ut premerent sacræ uirginis arma caput.  
 Ex quibus exierat, trahat uiscera ferro

Filius

Filius, & poenæ causa monile fuit.  
 Nec tamen indignum est à diuite \*præmia posci:  
Munera poscenti quæ dare possit, habet.  
 Carpite de plenis pendentes uitibus uuas,  
 Præbeat Alcinoi poma benignus ager.  
 Officium numeret pauper, studiumq; fidemq;  
 Quod quis habet, domine conferat omne suæ.  
 Est quoque carminibus meritas celebrare puellas  
 Dos mea: quam uolui, nota sit arte mea.  
Scinduntur uestes, gemmæ franguntur & aurum,  
Carmina quam tribuent, fama perennis erit.  
 Nec dare, sed pretium posci dedignor, & odi.  
 Quod nego poscenti, desine uelle, dabo.

## ELEGIA XI.

Colligere incertos, & in ordine ponere crines  
 Docta, neque ancillas inter habenda Nape,  
 Inq; ministerijs furtiue cognita noctis  
 Vtilis, & dandis ingeniosa notis,  
 Sæpe uenire ad me dubitantem hortata Corinnam,  
 Fida laboranti sæpe reperta mihi,  
 Accipe, & ad dominum peraratas manè tabellas  
 Perfer, & obstantes sedula pelle moras.  
 Nec silicium uenæ, nec durum in pectore ferrum,  
 Sed tibi simplicitas ordine maior inest.  
 Credibile est & te sensisse Cupidinis arcus:  
 In me militiæ signa tuere tuæ.  
 Si quæret quid agam, spe noctis uiuere dices.  
 Cætera fert blanda cera notata manu.  
 Dum loquor, hora fugit, uacue bene redde tabellas.  
 Verum continuo fac tamen ipsa legat.

\*munera

Napen allo-  
 quitur, ut pa-  
 ratas tabellas  
 ad Corinnam  
 perferat.

11 3

Aspic

Aspicias oculos, mando, frontemq; legentis.

Ex tacito vultu scire futura licet.

Nec mora perlectis rescribat multa iubeto,

Odi cum late splendida cera uicat:

Comprimat ordinibus uersus, oculosq; moretur

Margine in extremo littera rafa meos.

Quid digitos opus est graphium lassare tenendo?

Hoc habeat scriptum tota tabella, ueni.

Non ego uictrices lauro redimire tabellas,

Nec Veneris media ponere in æde morer.

Subscribam: Veneri fidas sibi Naso tabellas

Dedicat: at neper uile fuistis acer.

## ELEGIA XII.

**F**lete meos casus, tristes rediere tabellæ:

Infelix hodie littera posse negat.

Omnia sunt aliquid, modo cum discedere uellet,

Ad limen digitos restitit ista Nape.

Missa foras iterum limen transire memento

Cautius, atque alte sobria ferre pedem.

Ite hinc difficiles, suncbria ligna, tabellæ,

Tuq; negaturis cera reserua notis.

Quam puto de longæ collectam flore cicute

Mello sub infami Corsica misit apis.

At tanquam minio penitus medicata rubebat:

Ille color uerè sanguinolentus erat.

Proiectæ in triuijs iaceatis inutile lignum,

Vosq; rotæ frangat prætereuntes onus.

Illum etiam, qui uos ex arbore uertit in usum,

Conuincam puras non habuisse manus.

Præbuit illa arbor misero suspendia collo:

Carnifici

Carnifici duras præbuit illa cruces.

Illæ dedit turpes raucis bubonibus umbras:

Vulturis in ramis, & strigis oua tulit.

His ego commisi nostros insanus amores?

Molliaq; ad dominam uerba ferenda dedi?

Aptius hæc capiant uadimonia garrula ceræ,

Quas aliquis duro cognitor ore legat.

Inter ephemeridas melius, tabulasq; iacerent,

In quibus absumptas fieret auarus opes.

Ergo ego uos rebus duplices pro nomine sensi,

Auspicij numerus non erat ipse boni.

Quid precor iratus: nisi uos cariota senectus

Rodat, & immundo cera sit alba situ.

## ELEGIA XIII.

**I**am super Oceanum uenit à seniore marito

Flaua pruinoso quæ uehit axe diem.

Quò properas Aurora? mane: sic Memnonis umbras

Annua solenni cæde parentet auis.

Nunc iuuat in teneris dominae iacuisse lacertis,

Siquando, lateri nunc bene iuncta meo est.

Nunc etiam somni pingues, nunc frigidus aër,

Et liquidum tenui gutture cantat auis.

Quò properas ingrata uiris, ingrata puellis?

Roscida purpurea supprime lora manu.

Ante tuos ortus melius sua sidera seruat

Nauita, nec media nescit an erret aqua.

Te surgit (quamuis lassus) ueniente uiator,

Miles & armiferas aptat ad arma manus.

Prima \* bidente uides oneratos arua \* colentes,

Prima uocas tardos sub iuga panda boues.

Ad Auroram,  
ne properet.

\* subirciubes  
\* colonos

Tu pueros somno fraudas, tradisq; magistris,  
 Vt subeant teneræ uerbera seua manus.  
 Atque eadem sponsum consulti ante atria mittis,  
 Vnius ut uerbi grandia damna ferat.  
 Nectu consulto, nec tu iucunda diserto es:  
 Cogitur ad lites surgere uterque nouas.  
 Tu, ne foeminei possint cessare lacerti,  
 Lanificam reuocas ad sua pensa manum.  
 Omnia per peterer: sed surgere manè puellas  
 Quis, nisi cui non est ulla puella, ferat?  
 Optaui quoties, ne nox tibi cedere uellet,  
 Nec fugerent uultus sidera mota tuos.  
 Optaui quoties, aut uentus frangeret axem,  
 Aut caderet spissa nube retentus equus.  
 Inuida quò properas? quòd erat tibi filius ater,  
 Materni fuerat pectoris ille color.  
 Quid si non Cephali quondam flagrasset amore?  
 An putat ignotam nequitiam esse suam?  
 Tithono uellem de te narrare liceret,  
 Foemina non caelo turpior ulla foret.  
 Illum dum refugis, longo quòd marcet ab æuo,  
 Surgis ad inuisas à sene manè rotas.  
 At si quem Cephalum manibus complexa teneres,  
 Clamares, lentè currite noctis equi.  
 Cur ego plectar amans, si uir tibi marcet ab annis?  
 Non me nupsisti conciliante seni.  
 Aspice quos somnos iuueni donarit amato  
 Luna, nec illius forma secunda tua est.  
 Ipse Deum genitor (ne te tam sæpe uideret)  
 Commisit noctes in sua uota duas.  
 Iurgia finieram: scires audisse, rubebat:

Nec

Nec tamen \* est solito tardior orta dies.

## ELEGIA XIII.

Dicebam, desiste tuos medicare capillos:  
 Tingere quam possis, iam tibi nulla coma est.  
 At si passa fores, quid erat speciosius illis?  
 Contigerant inum qua patet usque latus.  
 Quid, quòd erant tenues, & quos ornare timeres?  
 Vela colorati qualia Seres habent:  
 Vel pede quod gracili deducit aranea filum,  
 Cùm leuc deserta sub trabe neçtit opus.  
 Nec tamen ater erat, nec erat color aureus \* ille,  
 Sed quamuis neuter, mixtus uterque color.  
 Qualem cliuosa madidis in uallibus Idæ  
 Ardua direpto cortice cedrus habet.  
 Adde, quòd & dociles, & centum flexibus apti,  
 Et tibi nullius causa doloris erant.  
 Non acus abruptit, non uallum pectinis illos:  
 Ornatrix tuto corpore semper erat.  
 Ante meos oculos sæpe est ornata, nec unquam  
 Brachia direpta saucia fecit acu.  
 Sæpe etiam nondum digestis manè capillis  
 Purpureo iacuit semisopita toro.  
 Tum quoque erat neglecta decens, ut Thracia Bacche  
 Cùm temere in uiridi gramine lassa iacet.  
 Cùm graciles essent tamen, & lanuginis instar,  
 Heu mala uexatæ quanta tulere comæ.  
 Quàm se præbuerant ferro patienter, & igni,  
 Ut fieret torto nexilis orbe sinus.  
 Clamabam, scelus est, istos scelus urere crines:  
 Sponte decent, capiti ferrea parce tuo.

\* affueto tardius

Puellam consolatur, cui præ nimia cura comæ deciderant.

\* illis

ll 3

Vine



Vim procul hinc remoue, non est qui debeat iri:  
 Erudit admotas ipse capillus acus.  
 Formosæ periere comæ, quas uellet Apollo,  
 Quas uellet capiti Bacchus inesse suo.  
 Illis contulerim, quas quondam nuda Dione  
 Pingitur humenti sustinuisse manu.  
 Quid malè compositos quereris perijisse capillos?  
 Quid speculum mœsta ponis inepta manu?  
 Non bene consuetis à te spectaris ocellis:  
 Ut placeas, debes immemor esse tui.  
 Non te cantatæ læserunt pellicis herbæ.  
 Non anus Aemonia perfida lauit aqua.  
 Nec tibi uis morbi nocuit, procul omen abesto:  
 Nec minuit densas inuida lingua comas.  
 Facta manu, culpaq; tua dispendia sentis,  
 Ipsa dabas capiti mixta uenena tuo.  
 Nunc tibi captiuos mittet Germania crines,  
 Culpa triumphatæ munere gentis eris.  
 O quam sepe comas aliquo mirante rubebis,  
 Et dices, empta nunc ego merce probor.  
 Nescio quam pro me laudat nunc ipse Sicambram:  
 Fama tamen memini cum fuit ista mea.  
 Me miserum lacrymas male continet, oraq; dextra  
 Protegit ingenuas picta rubore genas.  
 Sustinet antiquos gremio, spectatq; capillos,  
 Hei mihi non illo munera digna loco.  
 Collige cum uultu mentem, reparabile damnum est.  
 Postmodò natiua conspiciere coma.

## E L E G I A X V.

Quid mihi liuor edax ignauos obijcis annos?  
 Ingenijq; uocas carmen inertis opus?

Ad inuidos,  
 quòd fama  
 poetarum sit  
 perennis,

Non me more patrum, dum strenua sustinet atas,  
 Præmia militiæ puluerulenta sequi?  
 Nec me uerbosas leges ediscere, nec me  
 Ingrato uoces prostituisse foro?  
 Mortale est, quod queris opus: mihi fama perennis /  
 Queritur, ut toto semper in orbe canar.  
 Viuet Maonides, Tenedos dum stabit, & Ide:  
 Dum rapidas Simois in mare uoluet aquas.  
 Viuet & Ascræus, dum mustis uua tumebit,  
 Dum cadet incurua falce ressecta Ceres.  
 Battiades toto semper cantabitur orbe,  
 Quamuis ingenio non ualeat, arte ualeat.  
 Nulla Sophocleo ueniet iactura cothurno,  
 Cum sole, & luna semper Aratus erit.  
 Dum fallax seruus, durus pater, improba lena  
 \* Vixerit, & meretrix blanda, Menandros erit.  
Emilius arte carens, animosiq; Accius oris,  
 Casurum nullo tempore nomen habent.  
 Varronem, primamq; ratem quæ nesciet atas?  
 Aureaq; Acsonio terga petita duci?  
 Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,  
 Exitio terras cum dabit una dies.  
 Tityrus, & segetes, Aeneiaq; arma legentur,  
 Roma triumphati dum caput orbis erit.  
 Donec erunt ignes, arcusq; Cupidinis arma,  
 Discentur numeri culte Tibulle tui.  
 Gallus & Hesperij, & Gallus notus Bois,  
 Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.  
 Ergo cum silices, cum dens patientis aratri  
 Depereant æuo, carmina morte carent.  
 Cedant carminibus reges, regumq; triumpho,

\* Viuet, dum

Non

Cedat

Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Vilia miretur uulgus, mihi si iuuus Apollo

Pocula Castalia plena ministret aqua.

Sustineamq; coma metuentem frigora myrtum,

Atque ita sollicito multus amante legar.

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit.

Tunc suus ex merito quenque tuetur honor.

Ergo etiam, cum me supremus adusserit ignis,

\*magna

Viuam, parsq; mei \*multa superstes erit.

## P. OVIDII NASO-

NIS ELEGIARVM, SIVE

AMORVM LIB. II.

### ELEGIA PRIMA.



AEC quoque composui Pelignis natis  
aquis,

Ille ego nequitiæ Naso poeta meæ.

Hoc quoque iussit amor: procul hinc procul  
este seueri,

Non estis teneris apta theatra modis.

Me legat in sponsi facie non frigida uirgo,

Et rudis ignoto tactus amore puer.

Atque aliquis iuuenum, quo nunc ego saucius, arcu

Agnoscat flammæ conscia signa suæ:

Miratusq; diu, quo, dicat, ab indice doctus

Composuit casus iste poeta meos?

Ausus eram, memini, cœlestia dicere bella,

Centimanumq; Gygen, & satis oris erat:

Cum malè se Tellus ulta est, ingestaq; Olympo

Ardua

Ardua deuexum Pelion Ossa tulit.

\*Iuppiter in manibus, & cum Ioue fulmen habebam,

Quod bene pro cœlo mitteret ille suo.

Clausit amica fores, ego cum Ioue \*fulmina misi,

Excidit ingenio Iuppiter ipse meo.

Iuppiter ignoscas, nil me tua tela iuuabant,

Clausa tuo maius ianua fulmen habet.

Blanditias, elegosq; leues mea tela resumpsi,

Mollierant duras lenia uerba fores.

Carmina sanguinea deducunt cornua Lunæ,

Et reuocant niueos Solis euntis equos.

Carmine disiliunt abruptis faucibus angues,

Inq; suos fontes uersa recurrit aqua.

Carmine cessere fores: incertaq; posti,

Quamuis robur erat, carmine uicta sera est.

Quid mihi profuerit uelox cantatus Achilles?

Quid pro me Aiaces alter, & alter agent?

Quiq; tot errando, quot bello perdidit annos?

Raptus & Aemonijs flebilis Hector equis?

At facies teneræ ut laudata est sepe puellæ,

Ad uatem, pretium carminis, ipsa uenit.

Magna datur merces, heroum clara ualete

Nomina, non apta est gratia uestra mihi.

Ad mea formosos uultus adhibete puellæ

Carmina, purpureus quæ mihi dictat Amor.

### ELEGIA II.

QVem penes est dominam seruandi cura Bagoë,

Dum perago tecum pauca, sed apta, uaca.

Hesterni uidi spatiantem luce puellam,

Illæ, quæ Danai porticus agmen habet.

\* In mani-

busq; Iouem

\*fulmē omisi

Ad Bagoam.

Protinus

Protinus ut placuit, mihi, noctemq; rogavi:  
 Rescripsit trepida, non licet, illa manu.  
 Et cur non liceat querenti, reddita causa est,  
 Quod nimium dominae cura molesta tua est.  
 Si sapias o custos, odium (mibi crede) mereri  
 Desine: quem metuit, quisque perisse cupit.  
 Vir quoque non sapiens: quid enim seruare labore,  
 Vnde nihil quamuis non tueare, perit?  
 Sed gerat ille suo morem furiosus amori:  
 Et castam, multis quae placet, esse putet.  
 Huic furtiua tuo libertas munere detur:  
 Quam dederis illi, reddat ut illa tibi.  
 Consciens esse uelis, domina est obnoxia seruo,  
 Consciens esse times, dissimulare licet.  
 Scripta leget secum, matrem scripsisse putato,  
 Venerit ignotus, postmodò notus eat.  
 Ibit ut affectum, quae non languebit, amicam,  
 Visat, & indicijs aegra sit illa tuis.  
 Si faciet tardè, ne te mora longa fatiget,  
 Imposita gremio stertere fronte potes.  
 Nec tu \*linigeram fieri quid possit ad Isum  
 Quae fieris, nec tu curua theatra time.  
 Consciens assiduos commissi tollet honores.  
 Quis minor est autem, quam tacuisse, labor?  
 Ille placet, uersatq; domum, nec uerbera sentit,  
 \*Ille potens dominae, sordida turba iacent.  
 Huic, uerae lateant causae, finguntur inanes,  
 Atque ambo domini, quod probat una, probant.  
 Cum bene uir traxit uuluum, rugasq; coegit,  
 Quod uoluit fieri blanda puella, facit.  
 Sed tamen interdum tecum quoque iurgia neccat,

\* Niligenam

\* Alias sic, Ille placet domine, cetera turba iacet.

Et lacrymas simul et, carnisq; uocet.  
 Tu contra obijcies quae tuto diluat illa:  
 In uero, falso crimine, deme fidem.  
 Sic tibi semper honos, sic alta pecunia crescet:  
 Haec \* facis, exiguò tempore liber eris.  
 Aspicis indicibus nexas per colla catenas.  
 Squalidus orba fide pectora carcer habet.  
 Querit aquas in aquis, & poma fugacia captat  
 Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.  
 Dum nimium seruat custos Iunonius idè  
 Ante suos annos occidit, illa Dea est.  
 Vidi ego compedibus liuentia crura gerentem,  
 Vnde uir incestum scire coactus erat.  
 Poena minor merito: nocuit mala lingua duobus:  
 Vir doluit, famae damna puella tulit.  
 (Crede mihi) nulli sunt crimina grata marito,  
 Nec quinquam, quamuis audiat illa, iuuant.  
 Seu tepet, indicium securas prodis ad aures:  
 Siue amat, officio fit miser ille tuo.  
 Culpa nec ex facili, quamuis manifesta, probatur:  
 Indicis illa sui tuta fauore uenit.  
 Viderit ipse licet, credet tamen ille neganti, //  
 Damnabitq; oculos, & sibi uerba dabit. //  
 Aspiciet dominae lacrymas, plorabit & ipse,  
 Et dicet, poenas garrulus iste dabit.  
 Cur dispar certamen inis? tibi uerbera uictò  
 Adsunt: in gremio iudicis illa sedet.  
 Non scelus aggredimur, non ad miscenda coimus  
 Toxicum, non stricto fulminat ense manus.  
 Querimus, ut tuto per te possimus amare.  
 Quid precibus nostris mollius esse potest?

\* face

Et

ELEG

## ELEGIA III.

Ad eunuchū  
seruantem do-  
minam.

**H**Ei mihi, quod dominam nec uir, nec scemina seruas,  
Mutua nec Veneris gaudia nosse potes.

Qui primus pueris genitalia membra recidit,  
Vulnera, quæ fecit, debuit ipse pati.

Mollis in obsequium, facilisq; rogantibus esses,  
Si tuus in quauis prætepuisset amor.

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis,  
Bellica non dextræ conuenit hasta tuæ.

Ista mares tractant: tu spes depone uiriles,  
Sunt tibi cum domina signa ferenda tua.

Hanc imple meritis, huius tibi gratia proffit:  
Si careas illa, qui tuus usus erit?

Est etiam facies, sunt apti lusibus anni:  
Indigna est pigro forma perire situ.

Fallere te potuit, quamuis habere molestus.  
Non caret effectu, quod uoluerè duo.

\* fuerit Aptius ut \* fieret, precibus tentasse rogamus,  
Dum bene ponendi munera tempus habes.

## ELEGIA IIII.

Quod amet  
mulieres, cu-  
iuscunque for-  
mæ sint.

**N**on ego mendosos ausim defendere mores,  
Falsaq; pro uitijs arma mouere meis.

Confiteor, si quid prodest delicta fateri,  
In mea nunc demens crimina fassus eo.

Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi.

Heu quam, quod studeas ponere, ferre graue est.

Nam desunt uires ad me mihi, iusq; regendum:

Auferor ut rapida concita puppis aqua.

Non

Non est certa, meos quæ forma inuitet amores:

Centum sunt causæ, cur ego semper amem.

Sive aliqua est oculos in me delecta modestos,

Vror, & insidiæ sunt pudor ille meæ.

Sive procax ulla est, capior, quia rustica non est,  
Spemq; dat in molli mobilis esse toro.

Aspera si uisa est, rigidasq; imitata Sabinas,  
Velle, sed ex alto dissimulare puto.

Sive est docta, placet raras dotata per artes:  
Sive rudis, placita est simplicitate sua.

Est, quæ Callimachi præ nostris rustica dicat  
Carmina: cui placeo, protinus ipsa placet.

Est etiam, quæ me uatem, & mea carmina culpet,  
Culpantis cupiam sustinuisse femur.

Molliter incedit, motu capit: altera dura est,  
At poterit tacto mollior esse uiro.

Hæc quia dulce canit, flectitq; facillima uocem,  
Oscula cantanti rapta dedisse uelim.

Hæc querulas habili \* prætentat pollice chordas,  
Tam doctas quis non possit amare manus?

Illæ placet gestu, numerosaq; brachia ducit,  
Et tenerum molli torquet ab arte latus.

Vt taceam de me, qui causa tangor ab omni,  
Illuc Hippolytum pone, Priapus erit.

Tu, quia tam longa es, ueteres heroidas æquas,  
Et potes in toto multa iacere toro.

Hæc habilis breuitate sua est: corrumpor utraque:  
Conueniunt uoto longa, breuisq; meo.

Non est culta, subit quid cultæ accedere possit:

Ornata est, dotes exhibet ipsa suas.

Candida me capiet, capiet me flaua puella,

m m

Est

\* præcurrit

Est etiam in fisco grata colore Venus.  
 Seu pendent niuca pulli ceruice capilli,  
 Leda fuit nigra conspicienda coma.  
 Seu flauent, placuit croceis Aurora capillis:  
 Omnibus historijs se meus aptat amor.  
 Me noua sollicitat, me tangit serior æt as:  
 Hæc melior specie, moribus illa placet.  
 Denique quas tota quisquam probat urbe puellas,  
 Noster in has omnes ambitiosus amor.

## E L E G I A V.

Ad amicam  
 corruptam.

**N**ullus amor tanti est, ab eas pharetrate Cupido,  
 Vt mihi sint toties maxima uota mori.  
 Vota mori mea sunt, cum te peccasse recordor,  
 Hei mihi perpetuum nata puella malum.  
 Non mihi deceptæ nudant tua facta tabellæ,  
 Nec data fortiuæ munera crimen habent.  
 O' utinam arguerem sic, ut non uincere possem,  
 Me miserum, quare tam bona causa mea est?  
 Felix, qui quod amat, defendere fortiter audet?  
 Cui sua, non feci, dicere amica potest.  
 Ferreus est, nimiumq; suo fauet ille dolori,  
 Cui petitur uicta palma cruenta rea.  
 Ipse miser uidi, cum me dormire putares,  
 Sobrius apposito crimina uestra mero.  
 Multa supercilio uidi uibrante loquentes,  
 Nutibus in uestris pars bona uocis erat.  
 Non oculi tacuere tui, conscriptaq; uino  
 Mensa, nec in digitis littera nulla fuit.  
 Sermonem agnouit, \* quod non uideatur, agentem,  
 \* iussa Verbaq; pro certis \* uisa ualere notis.

\*quid non ui  
 deatur aman  
 ti:)

\*iussa

Iamq; frequens ierat mensa conuiuia relicta,  
 Compositi iuuenes unus & alter erant.  
 Improbata uero iungentes oscula uidi,  
 Illa mihi lingua nexa fuisse liquet.  
 Qualia nec fratri tulerit germana seuro,  
 Sed tulerit cupido mollis amica uiro.  
 Qualia credendum est non Phœbum ferre Dianæ,  
 Sed Venerem Marti sepe tulisse suo.  
 Quid facis, exclamo, quò nunc mea gaudia differis?  
 Inijciam dominas in mea iura manus.  
 Hæc mihi sunt tecum, tibi sunt communia mecum,  
 In bona cur quisquam tertius ista uenit?  
 Hæc ego, quæq; dolor linguæ dictauit: at illi  
 Conscia purpureus uenit in ora pudor.  
 Quale coloratum Tithoni coniuge cœlum  
 Subrubet, aut sponso uisa puella nouo.  
 Quale rosæ fulgent inter sua lilia mixtæ,  
 Aut ubi cantatis luna laborat equis.  
 Aut quod, ne longis flauescere possit ab annis,  
 Mæonis Assyrium fœmina tinxit ebur.  
 Hic erat, aut aliquis color ille similimus horum,  
 Et nunquam casu pulchrior illa fuit.  
 Spectabat terram, terram spectare decebat.  
 Mæsta erat in uultu, mæsta decenter erat.  
 Sic ut erant, & erant \* culti, laniare capillos,  
 Et fuit in teneras impetus ire genas.  
 Ut faciem uidi, sortes cecidere lacerti,  
 Defensa est armis nostra puella suis.  
 Qui modò seuius eram, supplex, ultroq; rogavi,  
 Oscula ne nobis deteriora daret.  
 Risit, & ex animo dedit oscula, qualia possent

\*compti

Iamq;

m m z

Excute

Excute ire ato tela trifulca Ioui.

Torqueor infelix, ne tam bona senserit alter.

Et uolo non ex hac illa fuisse nota.

Hæc quoque, quàm docui, multò meliora fuerunt,

Et quid iam uisa est addidicisse noui.

Quòd nimium placere, malum est, quòd tota labellis

Lingua tua est nostris, nostræ recepta tuis.

Nec tamen hoc unum doleo, non oscula tantum

\*quoque Iuncta queror, quamuis hæc \*ego iuncta queror:

Illam nisi in lecto nunquam potuere doceri,

Nescio quis pretium grande magister habet.

E L E G I A V I.

In mortem  
Psittaci.

Psittacus eo is ales mihi missus ab Indis

Occidit, exequas ferte frequenter aues.

Ite piæ uolucres, & plangite pectora pennis,

Et rigido teneras ungue notate genas.

Horrida pro mæstis lanietur pluma capillis:

Pro longa resonent carmina uestra tuba.

Quid scelus Ismarij quereris Philomela tyranni?

Expleta est annis ista querela tuis.

Alitis in raræ miserum diuertite funus,

Magna, sed antiqua est, causa doloris Itys.

\*pennas Omnes, quæ liquido libratis in aëre \*cursus,

Tu tamen ante alias turtur amice dole.

Plena fuit uobis omni concordia uita,

Et stetit ad finem longa, tenaxq; fides.

Quod fuit Argolico iuuenis Phocæus Orestis,

Hoc tibi, dum licuit, Psittace turtur erat.

Quid tamen ista fides? quid rari forma coloris?

Quid uox mutandis ingeniosa sonis?

Quid

Quid iuuat, ut datus es, nostræ placuisse puellæ?

Infelix auium gloria nempe iaces.

Tu poteras uirides pennis hebetare smaragdos,

Tincta gerens rubro punica rostra croco.

Non fuit in terris uocum simulantiore ales,

Reddabas blæso tam bene uerba sono.

Raptus es inuidia: non tu fera bella mouebas:

Garrulus, & placidæ pacis amator eras.

Ecce cothurnices inter \*sua prælia uiuunt,

Forsthan & fiunt inde frequenter anus.

Plenus eras minimo, nec præ sermonis amore

In multos poterant ora uacare cibos.

Nux erat esca tibi, causæq; papaueræ somni,

Pellebatq; sitim simplicis humor aquæ.

Viuit edax uultur, ducitq; per aëra gyros

Miluius, & pluuie gracculus autor aquæ.

Viuit & armigeræ cornix inuisa Mineræ

illa quidem seclis uix moritura nouem.

Occidit illa loquax humane uocis imago

Psittacus, extremo munus ab orbe datum.

Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris,

Implentur numeris deteriora suis.

Tristia Phyllacidæ Thersites funera uidit,

iamq; cinis uiuis fratribus Hector erat.

Quid referam timidæ pro te pia uota puellæ,

Vota procelloso per mare rapta Notæ?

Septima lux uenit non exhibitura sequentem,

Et stabat uacua iam tibi Parca colo.

Non tamen ignauo stupuerunt uerba palato:

Clamauit moriens lingua, Corinna uale.

Colle sub Elysi nigra nemus ilice frondet,

Vdaq; perpetuo gramine terra uiret.  
 Si qua fides dubijs, uolucrum locus ille piarum  
 Dicitur, obscenæ quo prohibentur aues.  
 Illic innocui late pascuntur olores,  
 Et uiuax phoenix unica semper auis.  
 Explicat atque suas ales Iunonia pennas,  
 Oscula dat cupido blanda columba mari.  
 Psittacus has inter nemorali sede receptus  
 Conuertit uolucres in sua uota pijs.  
 Ossa tegit tumulus, tumulus pro corpore magnus  
 Quo lapis exiguus par sibi carmen habet:  
 Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulcro,  
 Ora fuere mihi plus aue docta loqui.

## ELEGIA VII.

Amice se pur-  
 gat, quod an-  
 cillam non a-  
 met.

**E**Rgo ego sufficiam reus in noua crimina semper?  
 Ut uincam, toties dimicuisse pudet.  
 Siue ego marmorei respexi summa theatri,  
 Eligis è multis unde dolere uelis.  
 Candida seu tacito uidit me fœmina uultu,  
 In uultu tacitas arguis esse notas.  
 Si quam laudauis, miseris petis ungue capillos:  
 Si culpo, crimen dissimulare putas.  
 Siue color bonus est, in te quoque frigidus esse:  
 Seu malus, alterius dicor amore mori.  
 Atque ego peccati uellem mihi conscius esse.  
 Aeque animo, poenam qui meruere ferunt.  
 Nunc temere insimulas, credendoq; omnia frustra  
 Ipsa uetas iram pondus habere tuam.  
 Aspicce, ut auritus miserandæ sortis a sellis  
 Asiduo domitus uerberare tardus eat.

Ecce

Ecce tuum solers caput exornare Cypassis  
 Obijcitur dominæ contemerasse torum.  
 Dij melius, quam \* sic mihi sit peccasse libido:  
 Sordida contemptæ fortis amica iuuet.  
 Quis Veneris famulæ connubia liber inire,  
 Tergaq; complecti uerberare secta uelit?  
 Adde quod ornandis operosa est illa capillis,  
 Et tibi per doctas grata ministra manus.  
 Scilicet ancillam, quæ sit tibi fida, rogarem?  
 Quid, nisi ut indicio iuncta repulsa foret?  
 Per Venerem iuro, pueriq; uolatilis arcus,  
 Me non admissi criminis esse reum.

## ELEGIA VIII.

**C**\*Omendis in mille modis perfectæ capillis,  
 Comere sed solas digna Cypassi deas.  
 Et mihi iucundo non rustica cognita furto,  
 Aptæ quidem dominæ, sed magis apta mihi.  
 Quis fuit inter nos sociati corporis index?  
 Sensit concubitus unde Corinna tuos?  
 Non tamen erubui, nec uerbo lapsus in ullo  
 Furtiue Veneris conscia signa dedi.  
 Quid, quod in ancillam si quis delinquere possit,  
 Illum ego contendi mente carere bona?  
 Thessalus ancillæ facie Briseidos arsit.  
 Serua Mycenæo est Phœbas amata duci.  
 Nec sum Tantalide, nec forti maior Achille:  
 Quod decuit reges, cur mihi turpe putem?  
 Ut tamen iratos in te defixit ocellos,  
 \*Sensit te totis erubuisse genis.  
 At quantum, si forte refert, præsentior ipse

\*me, si sit

Ad Cypas-  
 sim ancillam  
 Corinnæ.  
 \*Eras. legit:  
 Ponendis in  
 mille modos  
 præfecta ca-  
 pillis,

\*vidit

m m \*

Per

Per Veneris feci numina magna fidem.

Tu dea, tu iubeas animi periuria nostri

Carpathium tepidos per mare ferre Notos.

Pro quibus officijs pretium mihi dulce repende

Concubitus hodie fusca Cypasi tuos.

Quid renuis? fingisq; novos ingrata timores?

Est unum e dominis \* emeruisse satis.

Quod si stulta negas, index ante acta fatebor,

Et ueniam culpæ proditor ipse meæ.

Quoq; loco fuerim tecum, quotiesq; Cypasi.

Narrabo dominæ, quotq; quibusq; modis.

## ELEGIA IX.

Ad Cupidinem.

O Nunquam pro me satis indignate Cupido,

O in corde meo desidiose puer.

Quid me, qui miles nunquam tua signa reliqui,

Lædis? & in castris uulneror ipse tuis?

Cur tua fax urit, figit tuus arcus amicos?

Gloria pugnantes uincere maior erat.

Quid non Aemonius, quem cuspide perculit heros,

\* Confoffum medica postmodò iuuat ope?

Venator sequitur fugientia, capta relinquit,

Semper & inuentis ulteriora petit.

Nos tua sentimus populus tibi deditus arma,

Pigra reluctanti cessat in hoste manus.

Quid inuat in nudis hamata recondere tela

Ossibus? ossa mihi nuda reliquit amor.

Tot sine amore uiri, tot sunt sine amore puellæ,

Hinc tibi cum magna laude triumphus eat.

Roma, nisi immensum uires promosset in orbem,

Stramineis esset nunc quoque tecta castis.

\* promeruisse

\* Cum petijt

Fessus

Fessus in acceptos miles deducitur agros,

Tutaq; sed posito poscitur ense, rudis.

Longaq; subductam celant naualia pinum,

Mittitur in saltus carcere liber equus.

Me quoque, qui toties merui sub amore puellæ,

Defunctum placide uiuere tempus erat.

Viue, Deus posito si quis mihi dicat amore,

Deprecer, usque adeo dulce puella malum est.

Cum bene partæ sum est, animiq; reuauit ardor,

Nescio quo misere turbine mentis agor.

Vt rapit in præceps dominum, spumantia frustra

Fræna retentantem durior oris equus,

Vt subitus prope iam \* pressa tellure carinam

Tangentem portus uentus in alta rapit,

Sic me sæpe refert incerta Cupidinis aura,

Notaq; purpureus tela resumit Amor.

Figge puer, positus nudus tibi præbeor armis:

Hic tibi sunt uires, hic tua dextra \* ualet.

Huc tanquam iussæ ueniunt iam sponte sagittæ,

Vix ullis præ me nota pharetra tua est.

Infelix, tota quicumque quiescere nocte

Sustinet, & somnos præmia magna uocat,

Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Ne modò decipiant uoces fallacis amicæ,

Sperando certè gaudia magna feram.

Et modò blanditias dicat, modò iurgia necstat,

Sæpe fruatur domina, sæpe repulsus eam.

Quòd dubius Mars est, per te priuigne Cupido est,

Et mouet exemplo utricus arma tuo.

Tu leuis es, multoq; tuis uentosior alis.

\* prensa

\* facit

m m s

Gaud



Gaudiaq; ambigua dasq; negasq; fide.  
 Si tamen exaudis pulchra cum matre Cupido,  
 Indeferta meo pectore regna gere:  
 Accedant regno nimium uaga turba puellæ,  
 Ambobus populis sic uenerandus eris.

## E L E G I A X.

Ad Græcinū,  
 quod eodem  
 tempore duas  
 amet.

**T**V mihi, tu certè (memini) Græcine negabas,  
 Vno posse aliquem tempore amare duas.  
 Per te ego decipior, per te deprensus inermis:  
 Ecce duas uno tempore solus amo.  
 Vtraque formosa est, operose cultibus ambæ:  
 Artibus in dubio est hæc sit, an illa prior.  
 Pulchrior hac illa est, hæc est quoque pulchrior illa,  
 Et magis hæc nobis, & magis illa placet.  
 Errat, ut à uentis discordibus acta phæelus,  
 Diuiduumq; tenent alter & alter amor.  
 Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?  
 Non erat in curas una puella satis?  
 Quid folia arboribus, quid pleno sidera cælo?  
 In freta collectas alta quid addis aquas?  
 Sed tamen hoc melius, quam si sine amore iacerem:  
 Hostibus eueniat uita seuera meis.  
 Hostibus eueniat uacuo dormire cubili,  
 Et medio latè ponere membra toro.  
 At mihi seuius amor somnos abruptat inertes,  
 Simq; mei lecti non ego solus onus.  
 Me mea disperdat nullo prohibente puella,  
 Si satis una potest: si minus una, duæ  
 Sufficiant: graciles non sunt sine uiribus artus:  
 Pondere, non neruis corpora nostra creant.

Et

Et lateri dabit in uires alimenta uoluptas.  
 Decepta est opera nulla puella mea.  
 Sæpe ego lasciuæ consumpsi \*gaudia noctis  
 Vtilis, & \*fortis corpore mane fui.  
 Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt.  
 Dij faciant leti causa sit ista mei.  
 Induat aduersis contraria pectora telis  
 Miles, & æternum sanguine nomen emat.  
 Querat auarus opes, & quæ lassarit eundo  
 Aequora, periuro naufragus ore bibat.  
 At mihi contingat Veneris languescere motu,  
 Cum moriar, medium soluar & inter opus.  
 Atque aliquis nostro lacrymans in funere dicat,  
 Conueniens ut æ mors fuit ista tuæ.

\*tempora  
 \*forti

## E L E G I A X I.

**P**rima malas docuit mirantibus æquoris undas  
 Peliaco pinus uertice cæsa uias.  
 Quæ concurrentes inter temeraria cautes,  
 Conspiciam fuluo uellere uexit ouem.  
 O' utinam, nequis remo freta longa moueret,  
 Argò funestas pressa bibisset aquas.  
 Ecce fugit notumq; torum, patriosq; penates,  
 Fallacesq; uias ire Corinna parat.  
 Quid tibi me miserum Zephyros, Eurosq; timebo,  
 Et gelidum Boream, præcipitemq; Notum?  
 Non illic urbes, non tu mirabere syluas,  
 Vna est iniusti cærulea forma maris.  
 Nec medius tenues conchas, pictos ue lapillos  
 Pontus habet: bibuli littoris illa mora est.  
 Littora marmoreis pedibus signanda puellæ,

Ad amicā na-  
 uigantem.

Hæcenus

Haftenus est tutum, cætera cæca uia est.  
 Et uobis alij uentorum prælia narrent,  
 Quas Scylla infestet, quas uel Charymbidis aquas.  
 Et quibus emineant uolenta Ceraunia saxis,  
 Quo lateant Syrtes magna, minorq; sinu.  
 Hoc alij referant: at uos quod quisque loquatur  
 Credite: credenti nulla procella nocet.  
 Serò respicitur tellus, ubi sine soluto  
 Currit in immensum panda carina salum.  
Nauita sollicitus iam uentos horret iniquos,  
 Et propè tam letum, quàm propè cernit aquam.  
 Quod si concussas Triton exasperat undas,  
 Qui tibi nunc toto est, nullus in ore color.  
 Tum generosa uoces fecunda sidera Ledæ,  
 Et felix, dicas, quem sua terra tenet.  
 Tutius est fouisse torum, legisse libellos,  
 Threiciam digitis increpuisse lyram.  
 \*uerba At si uana ferunt uolucres mea \*dicta procellæ,  
 Aequa tamen puppi sit Galatea tuæ.  
 Vestrum crimen erit talis iactura puellæ,  
 Nereidesq; Deæ, Nereidumq; pater.  
Vade memor nostri uento reditura secundo:  
 Impleat illa tuos fortior aura sinus.  
 Tunc mare in hæc magnus declinet littora Nereus,  
 Huc uenti spectent, huc agat æstus aquas.  
 Ipsa roges Zephyri ueniant in lineæ pleni,  
 Ipsa tua moueas turgida uela manu.  
 Primus ego aspiciam notam de litore puppim,  
 Et dicam, nostros aduehit ista Deos.  
 Excipiamq; humeris, & multa sine ordine carpam  
 Oscula, pro reditu uictima uota cadet.

Inq; tori formam molles sternentur arenæ,  
 Pro mensa tumulus quilibet esse potest.  
 Illic apposito narrabis multa Lyæo,  
 Pene sit ut medijs obruta nauis aquis.  
 Dumq; ad me properas, nec iniqua tempora noctis,  
 Nec te præcipites extimuisse Notos.  
 Omnia pro ueris credam, sint ficta licebit,  
 Cur ego non uotis blandiar ipse meis?  
 Hæc mihi quàm primùm cœlo nitidissimus alto,  
 Lucifer admissio tempora portet equo.

## ELEGIA XII.

**I**Te triumphales circum mea tempora lauri:  
 Vicimus, in nostro est ecce Corinna sinu.  
 Quam uir, quam custos, quam ianua firma, tot hostes  
 Seruabant, nequa posset ab arte capi.  
 Hæc est præcipuo uictoria digna triumpho,  
 In qua, quæcunque est, sanguine præda caret.  
 Non humiles muri, non paruis oppida fossis  
 Cincta, sed est ductu capta puella meo.  
 Pergama cum caderent bello superata bilustri,  
 Ex tot in Atridis pars quota laudis erat?  
 At mea seposita est, & ab omni milite discors  
 Gloria, nec titulum muneris alter habet.  
 Me duce ad hunc uoti finem, me milite ueni:  
 Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui.  
 Nec casum fortuna meis immiscuit actis:  
 Huc ades o cura parte triumphæ meæ.  
 Nec belli est noua \*cura mei: nisi rapta fuisset  
 Tyndaris, Europæ pax, Asiæq; foret.  
 Fœmina syluestres Lapithas, populumq; biforem

Exultat quòd  
 amica potitus  
 fit.

\* causa

Turpiter apposito uertit in arma mero.

Fœmina Troianis iterum noua belli mouere,  
Impulit in regno iuste Latine tuo.

\*etiam Fœmina Romanis \*iterum nunc urbe recenti,  
Immisit fœceros, armaq; seua dedit.

Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros.  
Spectatrix animos ipsa iuuenca dabat.

\*qui multos Me quoque \*cum multis, sed me sine cade, Cupido  
Iussit militiæ signa mouere suæ.

## ELEGIA XIII.

Ad Isidem, ut  
pariëtem Co-  
rinnam iuuet.

**D**Vm labefactat onus grauidi temeraria uentris,  
In dubio uite lassa Corinna iacet.

Illa quidem clam me tantum molita pericli

Ira digna mea est, sed cedit ira metu.

Sed tamen aut ex me conceperat, aut ego credo:

Est mihi pro factò sepe, quod esse potest.

Isi Paretonium, genitaliaq; arua Canopi

Quæ colis, & Memphim, palmiferamq; Pharon:

\*ab Quæq; celer lato Nilus delapsus \*in alueo

Per septem portus in maris exit aquas:

Per tua sinistra precor, per Anubidis ora uerendi,

Sic tua sacra pius semper Osiris amet,

Pigraq; labatur circum donaria serpens,

Et comes in pompa corniger Apis eat:

Huc adhibe uilius, & in una parce duobus:

Nam uitam dominæ tu dabis, illa mihi.

Sæpe tibi meruit certis operata diebus,

Quæ cingit laurus Gallica turma tuas.

Tuq; laborantes utero miserata puellas,

Quarum tarda latens corpora tendit onus:

Lenis ades, precibusq; faue Lucina puellæ:

Digna est, quam iubeas muneris esse tui.

Ipse ego thura dabo fumosis candidus aris,

Ipse feram ante tuos munera uota pedes.

Adijciam titulum seruata Naso Corinna,

Tu modò fac titulo, muneribusq; locum.

Si tamen in tanto fas est monuisse timore,

Hac tibi sis pugna dimicuisse satis.

## ELEGIA XIII.

**Q**uid iuuat immunes belli cessare puellas?

Nec fera peltatas agmina uelle sequi?

Si sine Marte suis patiuntur uulnera telis,

Et cæcas armant in sua fata manus?

Quæ prima instituit teneros \* conuelleret foetus,

Militia fuerat digna perire sua.

Scilicet ut careat rugarum crimine uenter,

Sternetur pugnae tristis arena tuæ?

Si mos antiquis placuisset matribus idem,

Gens hominum uitio deperitura fuit.

Quiq; iterum iaceret generis primordia nostri,

In uacuo lapides orbe, parandus erat.

Quis Priami fregisset opes, si numen aquarum

Iusta recusasset pondera ferre Thetis?

Illa si tumido geminos in uentre necasset,

Casurus dominæ conditor urbis erat.

Si Venus Aeneam grauida temerasset in aluo,

Cesaribus tellus orba futura fuit.

Tu quoque cum posses nasci formosa, perisses,

Tentasset, quod tu, si tua mater opus.

Ipse ergo cum fuerim melius periturus amando,

In amicam,  
quod abortiu-  
um ipsa fe-  
cerit.

\*auellere

\*negante Vidissem nullos matre \*necante dies.  
 Quid plenam fraudas uitem crescentibus uuis?  
 Pomaq; crudeli uellis acerba manu?  
 Sponte fluent matura sua, sine crescere nata:  
 \*parue Est pretium \*tarde non leue uita moræ.  
 Vestra quid effoditis subiectis uiscera telis?  
 Et nondum natis dira uenena datis?  
 Colchida respersam puerorum sanguine culpant,  
 Atque sua cæsum matre queruntur Itym.  
 Vtraque seu a parens, sed tristibus utraque causis,  
 Iactura socij sanguinis ulta uirum est.  
 Dicite, quis Tereus, quis uos iritet Iason  
 Figere sollicita corpora uestra manu?  
 Hæc neque in Armenijs tigres fecere latebris,  
 / Perdere nec foetus ausa leæna suos.  
 / At teneræ faciunt, sed non impune, puellæ:  
 / Sæpe suos utero quæ necat, ipsa perit.  
 Ipsa perit, ferturq; rogo resoluta capillos,  
 Et merito clamant, qui modo cunque uident.  
 Ista sed ætherias uanescant dicta per auras,  
 Et sint omnibus pondera nulla meis.  
 Dij faciles peccasse semel concedite tutò:  
 Et satis est, pœnam culpa secunda ferat.

## E L E G I A X V.

Ad anulum  
 quem dono a-  
 micæ mittit.

**A**nule formosæ digitum uincture puellæ,  
 In quo censendum nil, nisi dantis amor,  
 Munus eas gratum: te læta mente receptum  
 Protinus articulis induat illa suis.  
 Tam bene conuenias, quàm mecum conuenit illi,  
 Et digitum iusto commodus orbe teras.

Felix

Felix à domina tractaberis anule nostra:  
 Inuideo donis iam miser ipse meis.  
 O' utinam subito fieri mea munera possent  
 Artibus Aëææ, Carpathijq; senis.  
 Tunc ego te cupiam dominæ tetigisse papillas,  
 Et læuam tunicis inferuisse manum.  
 Elabar digito quamuis angustus, & herens,  
 Inq; sinum mira lapsus ab arte cadam.  
 Idem ego, ut arcanas possim signare tabellas,  
 Nèue tenax ceram, siccaq; gemma trahat,  
 Humida formosæ tangam prius ora puellæ:  
 Tantum ne signem scripta dolenda mihi.  
 Si dabor, ut condar loculis, exire negabo,  
 Astringens digitos orbe minore tuos.  
 Non ego dedecori tibi sum mea uita futurus,  
 Quod uic tener digitus ferre recuset onus.  
 Me gere, cum calidis perfundes hymbribus artus,  
 Damnaq; sub gemma perfer euntis aquæ.  
 Sed puto te uisa mea membra libidine surgent,  
 Et peraget partes anulus ipse uiri.  
 Irrita quid \*monco? paruuum proficiscere munus,  
 Illa datam tecum sentiet esse fidem.

## E L E G I A X V I.

**M**E pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,  
 Parua, sed irriguis ora salubris aquis.  
 Sol licet admoto tellurem sydere findat,  
 Et micet Icarij stella proterua Canis:  
 Arua pererrantur Peligna liquentibus undis,  
 Et uiret in tenero fertilis herba solo.  
 Terra ferax Cerere, multoq; feracior uuis,

n n

Dat

Ad amicam,  
 ut ad rura  
 sua ueniat.

Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager.  
 Perq; resurgenteis riuus labentibus herbas  
 Gramineus madidam cespes obumbrat humum.  
 At meus ignis abest, uerbo peccauimus uno,  
 Quæ mouet ardores, est procul, ardor adest.  
 Non ego, si medius Polluce & Castore ponar,  
 In caeli sine te parte fuisse uelim.  
 Solliciti iaceant, terraq; premantur iniqua,  
 In longas orbem qui secuere uias.  
 Aut iuuenum comites iussissent ire puellas,  
 Si fuit in longas terra secanda uias.  
 Tunc mihi, si premerem uentosas horridus Alpes,  
 Durum cum domina molle fuisset iter.  
 Cum domina Libycas ausim perrumpere Syrteis,  
 Et dare non æquis uela ferenda Notis.  
 Non quæ uirgineo portenta sub inguine latrant,  
 Nec timeam uestros curua Malæa sinus:  
 Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis  
 Fundit, & effusas ore receptat aquas.  
 Quod si Neptuni uentosa potentia uincat,  
 Et subuenturos auferat unda Deos,  
 Tu nostris niueos humeris impone lacertos:  
 Corpore nos facili dulce feremus onus.  
 Sæpe petens Hero iuuenis tranauerat undas,  
 Tunc quoque tranasset, sed uia cæca fuit.  
 At sine te, quamuis operosi uitibus agri  
 Me teneant, quamuis \* hymbribus arua natent,  
 Et uocet in riuos currentem rusticus undam,  
 Frigidâq; arboreas mulceat aura comas:  
 Non ego Pelignos uideor celebrare salubres,  
 Non ego natalem rura paterna locum:

\*amibus

Sed

sed Scythiam, Cilicasq; feros, uiridesq; Britannos,  
 Quæq; Prometheo saxa cruore madent.  
 Vlmus amat uites, uitis non deserit ulmum,  
 Separor à domina cur ego sæpe mea?  
 At mihi te comitem iurabas usque futuram  
 Per me, perq; oculos, \* qui rapuere, tuos.  
 Verba puellarum folijs leuiora caducis,  
 Irritaq; ut uisum est, uentus, & aura ferunt.  
 Siqua mei tamen est in te pia cura relictæ,  
 Incipe pollicitis addere facta tuis.  
 Paruaq; quam primùm rapientibus effeda mannis  
 Ipsa per admissas concute lora iubas.  
 At uos, quæ ueniet, tumidi subsidite montes,  
 Et faciles curuis uallibus este uie.

\*sidera no-  
stra

## ELEGIA XVII.

SI quis erit, qui turpe putet seruire puellæ,  
 Illo conuinear iudice turpis ego.  
 Sim licet infamis, dum me moderatius urat,  
 Quæ Paphon, & fluctu pulsa Cythera tenet.  
 Atque utinam dominæ mitis quoque præda fuisssem:  
 Formosæ quoniam præda futurus eram.  
 Dat facies animos, facie uiolenta Corinna est.  
 Me miserum, cur est tam bene nota sibi?  
 Scilicet à speculi sumuntur imagine fastus,  
 Nec nisi compositam se uidet illa prius.  
 Non tibi si facies nimium dat in omnia regnum,  
 (O facies oculos \* docta tenere meos)  
 Collatum idcirco tibi me contemnere debes:  
 Aptari magnis inferiora licet.  
 Creditur & Nymphe mortalis amore Calypso

Quod Co-  
rinnae soli sit  
seruiturus.

\*nata

nn 2

Capta

Capta recusantem detinuisse uirum.  
 Credimus æquoream Phthio Nereida regi  
 \*nostro Egeriam iusto concubuisse Numæ:  
 Vulcano Venerem: quamuis incude relicta  
 Turpiter obliquo claudicet ille pede.  
 Carminis hoc ipsum genus impar, sed tamen apte  
 Iungitur herous cum breuiore modo.  
 Tu quoque me mea lux in quaslibet accipe leges.  
 Te decet in medio iura dedisse toro.  
 \*letere Non tibi crimen ero, nec quo lædère remoto,  
 Non erit hic nobis inficiendus amor.  
 Sunt mihi pro magno felicia carmina censu,  
 Et multæ per me nomen habere uolunt.  
 Noui aliquam, quæ se circumferat esse Corinnam:  
 Ut fiat, quid non illa dedisse uelit?  
 Sed neque diuersi ripa labuntur eadem  
 Frigidus Eurotas, populiferq; Padus.  
 Nec, nisi tu, nostris cantabitur ulla libellis.  
 Ingenio causas tu dabis una meo.

## ELEGIA XVIII.

Ad Macrū, **C**Armen ad iratum dum tu perducis Achillem,  
 quod de amo Primaq; iuratis induis arma uiris,  
 ribus scribat. Nos Macer ignauæ Veneris cessamus in umbra,  
 Et tener ausuros grandia frangit amor.  
 Sæpe meæ dixi, tandem discede, puellæ,  
 In gremio sedit protinus illa meo.  
 Sæpe, pudet dixi: lacrymis uix illa retentis,  
 Me miseram, cur te, dixit, amare pudet?  
 Implicuitq; suos circum mea colla lacertos,

Et quæ me perdunt, oscula mille dedit.  
 Vincor, & ingenium sumptis reuocatur ab armis,  
 Resq; domi gestas, & mea bella cano.  
 Sceptra tamen sumpsi, curaq; Tragedia nostra  
 Creuit, & huic operi quamlibet aptus eram.  
 Risit amor pallamq; meam, pictosq; cothurnos,  
 Sceptraq; priuata tam citò sumpta manu.  
 Hinc quoque me dominæ numen deduxit iniquæ,  
 Deq; cothurnato uate triumphat amor.  
 Quod licet, & partes teneri profitemur amoris:  
 Hei mihi præceptis urgor ipse meis.  
 Et, quod Penelopes uerbis reddatur Vlysi,  
 Scribimus, & lacrymas Phylli relicta tuas.  
 Quod Paris, & Macareus, & quod malè gratus Iason,  
 Hippolytiq; parens, Hippolytusq; legant,  
 Quodq; tenens strictum Dido miserabilis ensem  
 Dictat, & Aoniæ Lesbis amica Iyræ.  
 Quam citò de toto redijt \*meus orbe Sabinus?  
 Scriptaq; diuersis rettulit ille locis?  
 Candida Penelope signum cognouit Vlyssis:  
 Legit ab Hippolyto scripta nouerca suo.  
 Iam pius Aeneas miseræ rescripsit Elisæ,  
 Quodq; legat Phyllis, si modò uiuit, habet.  
 Tristis ad Hypsipylen ab Iasone litera uenit:  
 Dat uotam Phœbo Lesbis amica Iyram.  
 Nec tibi, quâ tutum, uati Macer arma canenti  
 Aureus in medio Marte tacetur amor.  
 Et Paris est illic, & adultera nobile crimen,  
 Et comes extincto Laodameia uiro.  
 Si bene te noui, non bella libentius istis  
 Dicis, & à uestris in mea castra \*redis.

## ELEGIA XIX.

Ad riuale, cui  
uxor curæ nõ  
erat.

**S**I tibi non opus est seruata stulte puella,  
At mihi fac serues, quò magis ipse uelim.  
Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius irit.  
Ferreus est, si quis, quod sinit alter, amat.  
Speremus pariter, pariter metuamus amantes.  
Et faciat uoto rara repulsa locum.

\* Quò mihi  
Fortunam

\* Quid Fortuna mihi, quæ nunquam fallere possit?  
Nil ego, quod nullo tempore lædat, amo.  
Viderat hoc in me uitium uersuta Corinna,  
Quaq; capi possem, callida norat opem.  
Ah quoties sani capitis mentita dolorem,  
Cumstantem tardo iussit abire pede.  
Ah quoties sinxit culpam, quantumq; licebat  
Infontis speciem præbuit ipsa nocens.  
Sic ubi uexarat, tepidosq; resouerat ignes,  
Rursus erat uotis comis, & apta meis.  
Quas mihi blanditias, quàm dulcia uerba parabat?  
Oscula (Dij magni) qualia, quotq; dabat?  
Tu quoque, quæ nostros rapuisti nuper ocellos,  
Sæpe face insidias, sæpe rogata nega.  
Et sine me ante tuos proiectum in limine postes  
Longa pruinosa frigora nocte pati.  
Sic mihi durat amor, longosq; adolefcit in annos:  
Hoc iuuat, hæc animi sunt alimenta mei.  
Pinguis amor, nimiumq; potens in tædia nobis  
Vertitur, & stomacho, dulcis ut esca, nocet.  
Si nunquam Danaën habuisset abenea turris,  
Non esset Danaë de Ioue facta parens.  
Dum seruat Iuno mutatam cornibus Io,

Facta

Facta est, quàm fuerat, gratior ipsa Ioui.  
Quod licet, & facile est, quisquis cupit, arbore frondes  
Carpit, & e medio flumine sumat aquam.  
Siqua uolet regnare diu, deludat amantem.  
Hei mihi ne monitis torquear ipse meis.  
Quod libet eueniat: nocet indulgentia nobis.  
Quod sequitur, fugio: quod fugit, ipse sequor.  
At tu formosæ nimium secure puellæ  
Incipe iam prima claudere nocte domum.  
Incipe, quis furtim toties tua limina pulset  
Querere, quid latent nocte silente canes.  
Quò ferat, & referat solers ancilla tabellas,  
Cur toties uacuo secubet illa toro.  
Mordeat ista tuas aliquando cura medullas,  
Detq; locum nostris, materiamq; dolis.  
Ille potest uacuo furari in littore arenas,  
Vxorem stulti si quis amare potest.  
Iamq; ego præmoneo, nisi tu seruare puellam  
Incipis, incipiet desinere esse mea.  
Multa diuq; tuli: speravi sæpe futurum,  
Cum bene seruasses, ut bene uerba darem.  
Lentus es, & pateris nulli patienda marito.  
Aut mihi concessi finis amoris erit.  
Scilicet infelix nunquam prohibebor adire?  
Nox mihi sub nullo uindice semper erit?  
Nil metuum: per nulla traham suspiria somnos?  
Nil facies, cur te iure perisse uelim?  
Quid mihi cum facili, quid cum lenone marito?  
Corrumpis uitio gaudia nostra tuo.  
Quin alium, quem tanta iuuat patientia, quæres.  
Me tibi riualem, si iuuat, esse ueta.

nn

P. OVID

## P. OVIDII NASO-

NIS ELEGIARVM, SIVE

AMORVM LIBER

TERTIVS.

## ELEGIA PRIMA.



TAT uetus, & multos incidua sylvæ per  
annos:

Credibile est illi numen inesse loco.

Fons sacer in medio, speluncaq; pumice  
pendens,

Et latere ex omni dulce queruntur aues.

Hic ego dum spatior tectus nemoralibus umbris,

(Quod mea querebam Musa moueret opus)

Venit odoratos Elegeia nexa capillos,

Et puto pes illi longior alter erat.

Forma decens, uestis tenuissima, uultus amantis,

In pedibus uitium causa decoris erat.

Venit & ingenti uiolenta Tragœdia passu,

Fronte comæ torua, palla iacebat humi.

Laeva manus sceptrum latè regale tenebat:

Lydius apta pedum uincla cothurnus erat.

Et prior, ecquis erit, dixit, tibi finis amandi?

O' argumenti lente poëta tui.

Nequitiam uinosa tuam conuiuia narrant,

Narrant in multas compita secta uias.

Sæpe aliquis digito uatem designat euntem,

Atque ait, hic hic est, quem ferus urit amor.

Fabula (nec sentis) tota iactaris in urbe,

Dum tua postposito facta pudore refers.

\*pulsum Tempus erat Thyrso\* dudum grauiore moueri:

Cessatum

Cessatum satis est, incipe maius opus.

Materia premis ingenium, cane facta uirorum,

Hæc animo dices area digna meo est.

Quod teneræ cantent, lusit tua musa, puellæ,

Prim. q; per numeros apta iuuenta suos.

Nunc habeam per te Romana Tragœdia nomen,

Implebit leges spiritus iste meas.

Hactenus: & mouit pictis innixa cothurnis

Densum cæsariæ teq; quaterq; caput.

Alteræ (nam memini) limis subrisit ocellis:

Fallor: an in dextra myrtea uirga fuit?

Quid grauibus uerbis animosa tragœdia (dixit)

Me premis: an nunquam non grauis esse potes?

Imparibus tamen es numeris dignata moueri,

In me pugnaisti, uersibus usa meis.

Non ego contulerim sublimia carmina nostris:

Obruit exiguas regia uasta fores.

Sum leuis, & mecum leuis est mea cura Cupido,

Non sum materia fortior ipsa mea.

Rustica sit sine me lasciui mater amoris,

Huic ego proueni lena, comesq; Deæ.

Quam tu non poteris duro referare cothurno,

Hæc est blanditijs ianua laxa meis.

Et tamen emerui plus quam tu posse, ferendo

Multa, supercilio non patiendæ tuo.

Per me decepto didici custode Corinna,

Liminis obstructi sollicitare forem.

Delabiq; toro tunica uelata \*recincta,

Atque impercussos nocte mouere pedes.

Ah quoties foribus duris incisa pependi?

Non uerita à populo prætereunte legi.

nn 5

Quin

\*soluta)



Quin ego me memini, dum custos scæuus abiret,  
 \*missam Ancillæ \* miseram delituisse sinu.  
 Quid, cum me munus natali misisset illa  
 Rupit, & apposita barbara merfit aqua.  
 Prima tuæ moi felicia semina mentis:  
 Munus habes, quod te iam petit ista, meum.  
 Desierat: cœpi per uos utrasque rogamus,  
 In uacuas auras uerba timentis eant.  
 Altera me sceptro decoras, altoq; cothurno:  
 Iam nunc contracto magnus in orbe sonor.  
 Altera das nostro uicturum nomen amori:  
 Ergo ades, & longis uersibus adde breues.  
 Exiguam uati concede Tragedia tempus:  
 Tu labor æternus: quod petit illa, breue est.  
 Moti dedit ueniam: teneri properentur amores:  
 Dum uacat: à tergo grandius urget opus.

## ELEGIA II.

Ad amicam  
 cursum equo-  
 rum spectan-  
 tem.  
 \*sedeo  
 Non ego nobilium \* uenio spectator equorum:  
 Cui tamen ipsa faues, uincat ut ille precor.  
 Ut loquerer tecum, ueni, tecumq; sederem,  
 Ne tibi non notus, quem facis, esset amor.  
 Tu cursum spectes, ego te: spectemus uterque  
 Quod iuuet, atque oculos pascat uterque suos.  
 O cuiuscunque faues felix agitator equorum,  
 Ergo illi curæ contigit esse tuæ.  
 Hoc mihi contingat, sacro de carcere missis  
 Infirmam forti mente uehendus equis.  
 Et modò lora dabo, modò uerbere terga notabo,  
 Nunc stringam metas interiore rota.  
 Si mihi currenti fueris conspecta, morabor,

Deq;

Deq; meis manibus lora remissa fluent.  
 Ah quam penè Pelops Pifæo concidit axe,  
 Dum spectat uultus Hippodameia tuos.  
 Nempe fauore suæ uicit tamen ille puellæ:  
 Vincamus domine quisque fauore suæ.  
 Quid frustra refugis: cogit nos linea iungi:  
 Hæc ex lege loci commoda circus habet.  
 Tu tamen à dextra quicumque es, parce puellæ,  
 Contactu lateris leditur ista tui.  
 Tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura,  
 Si pudor est, rigido ne preme terga genu.  
 Sed nimium demissa iacent tua pallia terræ:  
 Collige, uel digitis en ego tollo meis.  
 Inuida uestis eras, quæ tam bona crura tegebas,  
 Quoq; magis spectes, inuida uestis eras.  
 Talia Melanion Atalantæ crura fugacis,  
 Optauit manibus sustinuisse suis.  
 Talia pinguntur succinctæ crura Dianæ,  
 Cum sequitur fortes fortior ipsa feras.  
 His ego non uisis arsi, quid fiet ab istis?  
 In flammam flammæ, in mare fundis aquas.  
 Suspicio ex istis, & cætera posse placere,  
 Quæ bene sub tenui condita ueste latent.  
 Vis tamen interea tenuis accessere uentos,  
 Quos faciant nostra mota stabella manu?  
 An magis hic meus est animi, non aëris æstus?  
 Captiq; formineus corpora torret amor?  
 Dum \* tamen alba nigro sparsa est tibi puluere uestis,  
 Sordide de niueo corpore puluis abi.  
 Sed iam pompa uenit, linguis, animisq; fauete,  
 Tempus adest plausus, aurca pompa uenit.

\*loquor

Prima

Prima loco fertur sparsis uictoria pennis:

\*atque meus Huc ades, & meus hic fac Dea uincat amor.

Plaudite Neptuno, nimum qui creditis undis:

Nil mihi cum pelago, me mea terra tenet.

Plaude tuo Marti miles, nos odimus arma:

Pax iuuat, & media pace repertus amor.

Auguribus Phœbus, Phœbe uenantibus adsit,

Artifices in te uerte Minerua manus.

\*Agricole \*Ruricole Cereri, teneroq; assurgite Baccho:

Pollucem pugiles, Castora placet eques:

Nos tibi blanda Venus, pueriq; potentibus armis,

Plaudimus, inceptis annue diue meis.

Daq; nouam mentem dominæ, ut patiatur amari.

Annuit, & motu signa secunda dedit.

Quod dea promisit, promittas ipsa rogamus:

Pace loquor Veneris, tu Dea maior eris.

Per tibi tot iuro testes, pompamq; Deorum,

Te dominam nobis tempus in omne fore.

Sed pendent tibi crura: potes, si forte iuuabit,

Cancellis primos inseruisse pedes.

\*prætor Maxima iam uacuo \*præco spectacula Circo,

Quadrijuges æquo carcere misit equos.

Cui faueas uideo, uincet cuiunque fauebis,

Quod cupias ipsi scire uidentur equi.

Me miserum, metam spatioso circui orbe.

Quid facis? admoto protinus axe subi.

Quid facis infelix? perdis bona uota puellæ:

Tende precor ualida lora sinistra manu.

Fauimus ignauo, sed eum reuocate Quirites,

Et date iactatis undique signa togis.

En reuocant, at ne turbet toga mota capillos,

In nostros abdas te licet usque sinus.

Iamq; patent iterum referato carcere postes,

Et uolat admissis discolor agmen equis.

Nunc saltem supera, spatioq; insurge patenti:

Sint mea, fac dominæ sint rata uota meæ.

Sunt dominæ rata uota meæ, mea uota supersunt:

Ille tenet palmam, palma petenda meæ est.

Risit, & argutis quiddam promisit ocellis:

Hoc satis est, alio cætera redde loco.

## ELEGIA III.

E Sse Deos credam' ne? fidem iurata se fellit,  
Et facies illi, quæ fuit antè, manet.

Quàm longos habuit nondum \*iurata capillos,

Tam longos postquam numina læsit, habet.

Candida candorem roseo suffusa rubore,

Antè fuit: niueo licet in ore rubor.

Pes erat exiguus, pedis est aptissima forma:

Longa decensq; fuit, longa, decensq; manet.

Argutos habuit, radiant ut sydus ocelli,

Per quos mentita est perfida sepe mihi.

Scilicet æterni falsum iurare puellis

Dij quoque concedunt, formaq; numen habet.

Perq; suos illam nuper iurasse recordor,

Perq; meos oculos, & doluere mei.

Dicite Dij, si uos impune se fellerit illa,

Alterius meriti cur ego damna tuli?

At non inuidiæ uobis Cephæia uirgo est,

Pro malè formosa iussa parente mori.

Non satis est, quòd uos habuit sine pondere testes,

Sed mecum lufos ridet inulta Deos.

De amica  
quæ peicera-  
uerat.

\*periura

Ut sua per nostram redimat periurii poenam,  
 Victimam deceptus decipientis ero.  
 Aut sine re Deus est nomen, frustra quæ timetur,  
 Et stulta populos credulitate mouet:  
 Aut si quis Deus est, teneras amat ille puellas,  
 Et nimium solas omnia posse iubet.  
 Nobis fatifero Mauors accingitur ense,  
 Nos petit inuicta Palladis hasta manu.  
 Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus,  
 In nos alta Iouis dextera fulmen habet.  
 Formosas superi metuunt offendere læsi,  
 Atque ultro quæ se non timere timent.  
 Et quisquam pia tura focis imponere curat?  
 Certe plus animi debet inesse uiris.  
 Iuppiter igne suo lucos iaculatur, & arces.  
 Missa quæ periuras tela ferire uetat.  
 Tot meruere pati. Semele miserabilis arsit.  
 Officio est illi poena reperta suo.  
 At si uenturo se subduxisset amanti,  
 Non pater in Baccho matris haberet onus.  
 Quid queror? & toto facio conuiuia cælo?  
 Dij quoque habent oculos, Dij quoque pectus habent.  
 Si Deus ipse forem, numen sine fraude liceret  
 Fœmina mendaci falleret ore meum.  
 Ipse ego iurarem uerum iurasse puellas:  
 Et non de tetricis dicerer esse Deis.  
 Tu tamen illorum moderatius utere dono,  
 Aut oculis certè parce puella meis.

## E L E G I A I I I I .

Ad uiram seruante coniugè. **D** Vre uir imposto teneræ custode puellæ,  
 Nil agis: ingenio quæque tuenda suo est.

Si qua

Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est:  
 Quæ quia non liceat, non facit: illa facit,  
 Ut iam seruaris bene corpus, adultera mens est:  
 Nec custodiri, ni uelit, ulla potest.  
 Nec mentem seruare potes, licet omnia claudas.  
 Omnibus exclusis intus adulter erit.  
 Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas  
 Semina nequitie languidiora facit.  
 Desine (crede mihi) uitia irritare uetando,  
 Obsequio uinces aptius ipse tuo.  
 Vidi ego nuper equum contra sua fræna tenacem,  
 Ore reluctanti fulminis ire modo.  
 Constitit ut primum concessas sensit habenas,  
 Fræna quæ in effusa laxa tacere iuba.  
 Nil timur in uetitum semper cupimus quæ: negata:  
 Sic interdictis inminuet æger aquis.  
 Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat  
 Argus, & hos unus sæpe sefellit amor.  
 In thalamo Danaë saxo, ferro quæ perenni,  
 Quæ fuerat uirgo \* tradita, mater erat. \*credita  
 Penelope mansit, quamuis custode careret,  
 Inter tam multos intemerata procos.  
 Quicquid seruatur, cupimus magis: ipsa quæ furem  
 \* Præda uocat: pauci, quod sinit alter, amant. \*Cura  
 Nec facie placet ipsa sua, sed amore mariti:  
 Nescio quid, quod te ceperit, esse putant.  
 Non proba sit, quam uir seruat: sed adultera, chara est:  
 Ipse timor pretium corpore maius habet.  
 Indignere licet, \* placet inconcessa uoluptas:  
 Sola placet, timeo, dicere si qua potest. \*iunat  
 Non tamen ingenuam ius est seruare puellam:

Hic

Hic metus externæ corpora gentis agat.  
 Scilicet ut possit custos ego dicere fieri:  
 In laudem serui casta sit illa tui.  
 Rusticus est nimium, quem lædit adultera coniux,  
 Et notos mores non satis urbis habet.  
 In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati  
 Romulus Iliades, Iliadesq; Remus.  
 Quid tibi formosa, si non nisi casta placebat?  
 Non possunt ullis ista coire modis.  
 Si sapis, indulge dominæ, uultusq; scueros  
 Exue, nec rigidi iura tuere uiri.  
 Et cole, quos dedit: multos dabit uxor amicos:  
 Gratia sic minimo magna labore uenit.  
 Sic poteris iuuenum conuiuia semper inire,  
 Et quæ non tuleris multa uidere domi.

## E L E G I A V.

Ad amnem,  
 dum iter fa-  
 ceret ad ami-  
 cam.

**A**Mnis arundinibus limosas ob site ripas,  
 Ad dominam propero, siste parumper aquas.  
 Nec tibi sunt pontes, nec quæ sine remigis ictu  
 Concaua traiecto cymba rudente uehat.  
 Paruus eras (memini) nec te transire refugii,  
 Summaq; uix talos contigit unda meos:  
 Nunc ruis appposito niuibus de monte solutis,  
 Et turpi crassas gurgite uoluis aquas.  
 Quid properasse iuuat: quid pauca dedisse quieti  
 Tempora? quid nocti conferuisse diem?  
 Si tamen hic standum est, si non datur artibus ullis  
 Vltior nostro ripa premenda pede,  
 Nunc ego, quas habuit pennas Danaëius heros,  
 Terribili densum cum tulit angue caput,

Nunc

Nunc opto currum, de quo Cerealia primum  
 Semina uenerunt in rude missa solum.  
 Prodigiosa loquor ueterum mendacia uatum:  
 Non tulit hæc unquam, nec feret ulla dies.  
 Tu potius ripis effuse capacibus amnis,  
 Sic æternus eas, labere sine tuo.  
 Non eris inuidiæ torrens (mihi crede) ferendæ,  
 Si dicar per te forte retentus amans.  
 Flumina deberent iuuenes in amore iuuare,  
 Flumina senserunt ipsa quid esset amor.  
 Inachus in media Bithynide pallidus isse  
 Dicitur, & gelidis incaluisse uadis.  
 Nondum Troia fuit lustris obsessa duobus,  
 Cum rapuit uultus Xanthe Neera tuos.  
 Quid? non Alpheon diuersis currere terris  
 Virginis Arcadiæ certus adegit amor?  
 Te quoque promissam Xantho Peneæ \* Neeram  
 Phitiadum terris oculuisse ferunt. \* Crensam  
 Quid referam Afopon: quem cepit Martia Thebe,  
 Natarum Thebe quinque futura parens.  
 Cornua si tua sunt: ubi nunc Acheloë requiram?  
 Herculis irata fracta querere manu.  
 Nec tanti Calydon, nec tota Aetolia tanti.  
 Vna tamen tanti Deianeira fuit.  
 Ille fluens diues septena per ostia Nilus,  
 Qui patriam tantæ non bene celat aquæ,  
 Fertur in Euadne collectam Afopide flammam  
 Vincere gurgitibus non potuisse suis.  
 Siccus ut amplecti Salmonida posset Enipeus,  
 Cedere iussit aquam: iussa recessit aqua.  
 Nec te prætereo, qui per caua saxa uolutus

o o

Tyburtis

Tyburis Argæi spumifer arua rigas:  
 Ilia cui placuit, quamuis erat horrida uultu,  
 Ungue notata comas, ungue notata genas.  
 Illa gemens patriuq; nefas, delictaq; Martis,  
 Errabat nudo per loca sola pede.  
 Hanc amnis rapidis animosus uidit ab undis,  
 Raucaq; de medijs sustulit ora uadis.  
 Atque ita, quid nostras, inquit, teris anxia ripas  
 Ilia ab Ideo Laomedonte genus?  
 Quò cultus abiere tui: quid sola uagaris?  
 Vittæ nec euinctas impeit alba comas?  
 Quid fles? & teneros lacrymis corrumpis ocellos?  
 Pectoraq; insana \* plangis acerba manu?  
 Ille habet, & silices, & durum in pectore ferrum,  
 Qui tenero lacrymas letus in ore uidet.  
 Ilia pone metus, tibi regia nostra patebit,  
 Teq; colent omnes, Ilia pone metus.  
 Tu centum, aut plures inter dominabere nymphas:  
 Nam centum, aut plures flumina nostra tenent.  
 Nec me sperne (precor) tantum Romana propago:  
 Munera promissis uberiora feres.  
 Dixerat: illa oculos in humum deiecta modestos  
 Spargebat tepido flebilis hymbre sinus,  
 Ter molita fugam, ter ad altas restitit undas,  
 Currendi uires eripiente metu.  
 Sera tamen scindens inimico pollice crinem.  
 Edidit indignos ore tremente sonos.  
 O' utinam mea tecta forent, patrioq; sepulcro  
 Condita, dum poterant uirginis ossa tegi.  
 Cur modò Vestalis tedas inuitor ad illas  
 Turpis, & Iliacis inficienda focis?

\* tūdis  
 aperta

Quid

Quid moror? & digitis designor adultera uulgi?  
 Desit famosus, qui notet ora, pudor.  
 Hactenus: & uestem timidis præ tendit ocellis,  
 Atque ita se in rapidas perditæ misit aquas.  
 Supposuisse manus ad pectora lubricus amnis  
 Dicitur, & socij iura de disse tori.  
 Te quoque credibile est aliqua caluisse puella,  
 Sed nemora, & syluæ crimina uestra tegunt.  
 Dum loquor, increuit \* uastis spatiosus in undis,  
 Nec capit admissas alueus altus aquas.  
 Quid mecum furiose tibi? quid mutua differs  
 Gaudia? quid coeptum rustice rumpis iter?  
 Quid si legitimum flueres? si nobile flumen?  
 Si tibi per terras maxima fama foret?  
 Nomen habes nullum niuibus collecte caducis,  
 Nec tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.  
 Fontis habes instar pluuiasq; niuesq; solutas,  
 Quas tibi diuitias pigra ministrat hyems.  
 Aut lutulentus agis brumali tempore cursus,  
 Aut premis arantem puluerulentus humum.  
 Quis te unquam potuit sitiens haurire uiator?  
 Quis dixit grata uoce, perennis eas?  
 Damnosus pecori curris, damnosior agris,  
 Forsitan hæc alios, me mea damna mouent.  
 Huic ego nã demens narrabam fluminum amores.  
 Iactasse indigno nomina tanta pudet.  
 Nescio \* quid spectans, Acheloon, & Inachon amnes,  
 Et potui nomen Nile referre tuum.  
 At tibi pro meritis opto nunc candidè torrens  
 Sint rapidi soles, siccaq; semper hyems.

\* latis

\* quere

## ELEGIA VI.

Quod ab amica receptus,  
cum ea coire  
nō potuit, con-  
queritur.

**A** Ut non formosa est, aut non bene culta puella,  
Aut puto non uotis sepe petita meis.

Hanc tamen in nullos tenui malē languidus usus,

Sed iacui pigro crimen, onusq; toro.

Nec potui cupiens pariter cupiente puella

Inguinis effœti parte iuuante frui.

Illā quidem nostro subiecit eburnea collo

Brachia, Sithonia candidiora niue.

Osculaq; inseruit cupidē luctantia linguis:

Lasciuum femori, suppositusq; femur.

Et mihi blanditias dixit, dominumq; uocauit:

Et quæ præterea publica uerba iuuant.

Tacta tamen gelida ueluti mea membra cicuta,

Segnia propositum destituere meum.

\*signum Truncus iners iacui, species, & inutile \*lignum:

Nec satis exactum est, corpus, an umbra forem.

Quæ mihi uentura est, si quidem est uentura, senectus?

Cum desit numeris ipsa iuuenta suis?

Ah pudet annorum, quod me iuuenemq; uirumq;

Nec iuuenem, nec me sensit amica uirum.

Sic flammæ aditura piæ æterna sacerdos

Surgit, & à charo fratre uerenda soror.

At nuper bis flaua Chie, ter candida Pitho,

Ter Libas officio continuata meo est.

Exigere à nobis angusta nocte Corinnam,

Et memini numeros sustinuisse nouem.

Num mea Theffalico languent deuota ueneno

Corpora? num misero carmen, & herba nocent?

Saga uè Phœnicea defixit nomina cera?

Et medium tenues in iccur urget acus?

Carmine

Carmine læsa Ceres sterilem uanescit in herbam,

Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.

Illicibus glandes, cantataq; uitibus uua

Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

Quis uetat & neruos magicas torpere per artes?

Forſitan impatiens fit latus inde meum.

Huc pudor accessit facti, pudor ipse nocebat.

Ille fuit uitij causa secunda mei.

At qualem uidi, qualem tetigiq; puellam,

Sic etiam tunica tangitur illa sua.

Illius à tactu Pylus iuuenescere posset,

Tithonusq; annis fortior esse suis.

Hæc mihi contigerat, sed non uir contigit illi:

Quas nunc concipiam per noua uota preces?

Credo etiam magnos, quo sum tam turpiter usus,

Muneris oblatis pœnituisse Deos.

Optabam certè recipi, sum nempe receptus:

Oscula ferre, tuli: proximus esse, fui.

Quid mihi fortunæ tantum: quid regna sine usu?

Quid nisi possedi diues auarus opes?

Sic aret medijs taciti uulgator in undis:

Pomaq; quæ nullo tempore tangat, habet.

À tenera quisquam sic surgit mane puella,

Protinus ut sanctos possit adire Deos.

Sed puto non blanda, non optima perdidit in me

Oscula, non omni sollicitauit ope.

Illā graues potuit quercus, adamantaq; durum,

Surdaq; blanditijs saxa mouere suis.

Digna mouere fuit certè diuosq; uirosq;:

Sed neque tunc uixi: nec uir, ut ante, fui.

Quid iuuat ad surdas si cantet Pheuius aures?

003

Quid

\*Thamyrā Quid miserum \*Thamyrin picta tabella iuauit?  
 At quæ non tacita formaui gaudia mente?  
 Quos ego non finxi, disposuîq; modos?  
 Nostra tamen iacuerè uelut præmorta membra  
 Turpiter hesternæ languidiora rosa.  
 Quæ nunc ecce uigent intempestiua, ualentq;  
 Nunc opus exposcunt, militiamq; suam.  
 Quin istic pudibunda iace pars pessima nostri:  
 Sic sim pollicitis captus ut antè tuis.  
 Tu dominum fallis, per te deprensus inermis  
 Tristia cum magno damna pudore tuli.  
 Hanc etiam non est mea dedignata puella  
 Molliter admota sollicitare manu.  
 Sed postquam nullas consurgere posse per artes,  
 Immemoremq; sui procubuisse uidet,  
 Quid me ludis, ait: quis te malè sane iubebat  
 Inuitum nostro ponere membra toro?  
 \*Ianis Aut te traictis Acæa uenefica \*ramis  
 Deuouet, aut alio lassus amore uenis.  
 Nec mora, disiluit tunica uelata recincta,  
 Et decuit nudos proripuisse pedes.  
 Ne'ue suæ possent intactam scire ministræ,  
 Dedecus hoc sumpta dissimulauit aqua.

## ELEGIA VII.

Quod ab ami-  
 ca non reci-  
 piatur, dolet.

**E**N quisquam ingenuas etiamnum suscipit artes?  
 Aut tenerum dotes carmen habere putat?  
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro,  
 At nunc barbaria est grandis, habere nihil.  
 Cum pulchrè nostri dominæ placuere libelli,  
 Quò licuit libris, non licet ire mihi?

Cum

Cum bene laudauit, laudato ianua clausa est,  
 Turpiter huc illuc ingeniosus eo.  
 Ecce recens diues parto per uulnera censu  
 Præfertur nobis sanguine factus eques.  
 Hunc potes amplecti formosis stulta lacertis?  
 Huius in amplexu stulta iacere potes?  
 Si nescis, caput hoc galeam portare solebat.  
 Ense latus cinctum, quod tibi seruit, erat.  
 Læua manus, cui nunc serum malè conuenit aurum,  
 Scuta tulit: dextram tange, cruenta fuit.  
 Quæ perijt aliquis, potes contingere dextram?  
 Heus ubi mollicies pectoris illa tui est?  
 Cerne cicatrices ueteris uestigia pugnae:  
 Quæ situm est illi corpore, quicquid habet.  
 Forsitan & quoties hominem iugulauerit, ille  
 Indicet: hoc fassas tangis auara manus?  
 Ille ego musarum purus, Phæbiq; sacerdos  
 Adrigidas canto carmen inane fores.  
 Discite, qui sapitis, non hæc quæ scimus inertes,  
 Sed trepidas acies, & fera bella sequi.  
 Proq; bono uersu primum deducite pilum:  
 Hoc tibi, si uelles, posset Homere dari.  
 Iuppiter admonitus nil esse potentius auro,  
 Corruptæ pretium uirginis ipse fuit.  
 Dum merces aberat, durus pater, ipsa seuera,  
 Aerati postes, ferrea turris erat.  
 Sed postquam sapiens in munera uenit adulter,  
 Præbuit ipsa sinus, & dare iussa, dedit.  
 At cum regna senex cœli Saturnus haberet,  
 Omne lucrum tenebris alta premebat humus.  
 Acrâq; & argentum, cumq; auro pondera ferri

00

Manibus

Manibus admorat, nullaq; massa fuit.  
 At meliora dabat curuo sine uomere fruges,  
 Pom. q; & in quercu mella reperta caua.  
 Nec ualido quisquam terram scindebat aratro,  
 Signabat nullo limite fossor humum.  
 Non freta demissi uerberant eruta remi,  
 Vltima mortali tum uia littus erat.  
 Contra te solers hominum natura fuisti,  
 Et nimium damnis ingeniosa tuis.  
 Quid tibi turritis incingere moenibus urbes?  
 Quid tibi cum pelago terra contenta fuisses.  
 Cur non & coelum tertia regna petis?  
 Quà licet, affectas coelum quoque: templa Quirinus,  
 Liber, & Alcides, & modò Cæsar habent.  
 Eruimus terra solidum pro frugibus aurum,  
 Possidet inuentas sanguine miles opes.  
 Curia pauperibus clausa est, dat census honores,  
 Inde grauis iudex, inde seuerus eques.  
 Omnia possideant, illis campusq; forumq;  
 Seruiat: hi pacem, seuq; bella gerant:  
 Tantum nostros auidi lucrentur amores,  
 Et satis est: aliquam pauperis esse sinant.  
 At nunc exæquet tetricas licet illa Sabinas,  
 Imperat, ut captæ, qui dare multa potest.  
 Me prohibet custos, in me timet illa maritum:  
 Si dederim, tota cedit uterque domo.  
 O si neglecti quisquam Deus ultor amantis,  
 Tam malè quæsit as puluere mutet opes.

## ELEGIA VIII.

**M**Emnona si mater, mater plorauit Achillem,

Tibulli mor-  
 tem deflet.

Et tangunt magnas tristia fata Deas:  
 Flebilis indignos Elegeia solue capillos:  
 Ah nimis ex uero nunc tibi nomen erit.  
 Ille tui uates operis, tua fama Tibullus  
 Ardet in extructo corpus inane rogo.  
 Ecce puer Veneris fert euersamq; pharetram,  
 Et fractos arcus, & sine luce facem.  
 Aspice demissis ut eat miserabilis alis,  
 Pectoraq; infesta tundat aperta manu.  
 Excipiunt lacrymas sparsi per colla capilli,  
 Oraq; singultu concutiente sonant.  
 Fratris in Aeneæ sic illum funere dicunt  
 Egressum \* tectis pulcher Iule tuis.  
 Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo,  
 Quàm iuueni rupit cum ferus inguen aper.  
 At sacri Vates, & diuim cura uocamur,  
 Sunt etiam qui nos numen habere putent.  
 Scilicet omne sacrum mors importuna profanat,  
 Omnibus obscuras inijcit illa manus.  
 Quid pater Ismario? quid mater profuit Orpheo?  
 Carmine quid uictas obstupuisse feras?  
 Et Linon in syluis idem pater edidit altis:  
 Dicitur inuicta concinuisse lyra.  
 Aspice Mæoniden, à quo cœu fonte perenni  
 Vatum Pierijs ora rigantur aquis.  
 Hunc quoque summa dies nigro summersit Auerno,  
 Effugiunt auidos carmina sola rogos.  
 Durat opus Vatum Troiani fama laboris,  
 Tardaq; nocturno tela retexta dolo.  
 Sic Nemesi longum, sic Delia nomen habebit,  
 Altera cura recens, altera primus amor.

\*castris

Et

00 3

Quid



Quid nos sacra iuuant? quid nunc Aegyptia profunt  
 Sistras? quid in uacuo secubuisse toro?  
 Cum rapiant mala fata bonos (ignoscite fasso)  
 Sollicitor nullos esse putare Deos.

\*pius, morie  
 re tamen Viue \* tamen moriture pius: cole sacra: colentem

Mors grauis à templis in caua busta trahet.  
 Carminibus confide bonis, iacet ecce Tibullus,  
 Vix manet ex toto parua quod urna capit.  
 Tène sacer Vates flammæ rapuere rogales?  
 Pectoribus pasci nec timuere tuis?  
 Aurea sanctorum potuissent templa deorum  
 Vrere, quæ tantum sustinuerè nefas.  
 Auertit uultus Erycis quæ possidet arces,  
 Sunt quoque, qui lacrymas continuisse negant.  
 Sed tamen hoc melius, quam si Phœacia tellus  
 Ignotum uili supposuisset humo.

Hic certè manibus fugientis pressit ocellos  
 \*tulit Mater, & in cineres ultima dona \* dedit.  
 Hic soror in partem misera cum matre doloris,  
 Venit inornatas dilaniata comas.  
 Cumq; tuis sua iunxerunt Nemeſisq; priorq;  
 Oscula, nec solos destituere rogos.  
 Delia discedens felicius inquit amata  
 Sum tibi. uixisti, dum tuus ignis eram.  
 Cui Nemeſis, quid (ait) tibi sunt mea damna doloris?  
 Me tenuit moriens deficiente manu.  
 Si tamen è nobis aliquid nomen, & umbra  
 Restat, in Elyſia ualle Tibullus erit.  
 Obuius huic uenies edera iuuenilia cinctus  
 Tempora, cum Caluo doctè Catulle tuo.  
 Tu quoque, si falsum est temerati crimen amici,

Sanguinis atque animæ prodige Galle tue.  
 His comes umbra tua est, si qua est modò corporis umbra:  
 Auxisti numeros culte Tibulle pios.  
 Ossa quieta precor tuta requiescite in urna,  
 Et sit humus cineri non onerosa tuo.

## ELEGIA IX.

ANNUA uenerunt Cerealis tempora sacri,  
 A Secubat in uacuo sola puella toro.  
 Flaua Ceres tenues spicis redimta capillos,  
 Cur inhibes sacris commoda nostra tuis?  
 Te Dea munificam gentes ubicunque loquuntur,  
 Nec minus humanis inuidet ulla bonis.  
 Antè nec hirsuti torrebant farra coloni,  
 Nec notum terris area nomen erat.  
 Sed glandem quercus oracula prima ferebant,  
 Hæc cibus, & teneri cespitis herba torus.  
 Prima Ceres docuit turgescere semen in agris,  
 Falce coloratas subsecuitq; comas.  
 Prima iugis tauros supponere colla coëgit,  
 Et ueterem curuo dente reuellit humum.  
 Hanc quisquam lacrymis letari credat amantum?  
 Et bene tormentis, secubituq; coli?  
 Nec tamen est, quamuis agros amet illa feraces  
 Rustica, nec \*uiduum pectus amoris habet.  
 Cretes erunt testes, nec fingunt omnia Cretes,  
 Cretes nutrito terra superba Ioue.  
 Illic, sydercam mundi qui temperat arcem,  
 Exiguus tenero lac bibit ore puer.  
 Magna fides testi, testis laudatur alumno.  
 Fassuram Cererem crimina nota puto.

Ad Cererem, cō  
 querens quod  
 eius sacris cū  
 amica concū  
 bere non per  
 mittatur.

\*HACUMIA

Viderat Iasium Cretæa diua sub Ida,  
 Figentem certa terga ferina manu.  
 Vidit: & ut teneræ flammam rapuere medullæ,  
 Hinc pudor, ex illa parte trahebat amor.  
 Victus amore pudor, sulcos arere uideres,  
 Et sata cum minima parte redire sui.  
 Cum bene iactati pulsarant arua ligones,  
 Ruperat & duram uomer aduncus humum:  
 Seminaq; in latos ierant æqualiter agros,  
 Irrita decepti uota colentis erant.  
 Diua potens frugum syluis errabat in altis.  
 Deciderant longæ spiceaserta comæ.  
 Sola fuit Cretæ secundo fertilis anno,  
 Omnia, quæ tulerat se Dea, messis erant.  
 Ipse locus nemorum canebat frugibus Idæ:  
 Et ferus in sylua farræ metebat aper.  
 Optauit Minos similes sibi legifer annos,  
 Optauit Cereris longus ut esset amor.  
 Qui tibi secubitus tristes Dea flaua fuissent,  
 Hos cogor sacris nunc ego ferre tuis.  
 Cur ego sum tristis, cum sit tibi nata reperta?  
 Regnaq;, \* quæ Iuno sorte minora regat?  
 Festadics, Veneremq; uocat, cantusq;, merumq;,  
 Hæc decet ad dominos munera ferre Deos.

## E L E G I A X.

Ad amicam, à  
 cuius amore  
 discedere non  
 potest.

**M**ulta diuq; tuli, uitijis patientia uicta est:  
 Cede fatigato pectore turpis amor.  
 Scilicet asserui iam me, fugiq; catenas,  
 Et quæ non puduit ferre, tulisse pudet.  
 Vicimus, & domitum pedibus calcamus amorem,

Vener

Venerunt capiti cornua sera meo.  
 Perfer, & obdura: dolor hic tibi proderit olim:  
 Sæpe tulit lassus succus amarus opem.  
 Ergo ego sustinui foribus tam sæpe repulsus  
 Ingenuum dura ponere corpus humo.  
 Ergo ego nescio cui, quem tu complexa tenebas,  
 Excubui clausam seruus ut ante domum.  
 Vidi ego cum foribus lassus prodiret amator,  
 Inualidum referens, emeritumq; latus.  
 Hoc tamen est leuius, quàm quòd sum uisus ab illo:  
 Eueniat nostris hostibus ille pudor.  
 Quando ego non fixus lateri spatiantis adhæsi  
 Ipse tuus custos, ipse uir, ipse comes?  
 Scilicet & populo per me comitata placebas,  
 Causa fiat multis noster amoris amor.  
 Turpia quid referam uane mendacta lingua?  
 Et periuratos in mea damna Deos?  
 Quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus?  
 Verbaq; compositis dissimulata notis?  
 Dicta erat ægra mihi: præceps, amensq; cucurri,  
 Veni, & riuali non erat ægra meo.  
 His, & quæ taceo, durauit sæpe ferendis.  
 Quære alium pro me, qui uelit ista pati.  
 Iam mea uotiuua puppis redimita corona  
 Læta tumescentes æquoris audit aquas.  
 Desine blanditias, & uerba potentia quondam  
 Perdere: non ego sum stultus, ut antè fui.  
 Luctantur, pectusq; leue in contraria ducunt,  
 Hæc amor, hæc odium: sed puto uincet amor.  
 Odero si potero: si non, inuitus amabo;

Nec

Nec iuga taurus amat: quæ tamen odit, habet.  
 Nequitiam fugio, fugientem forma reducit:  
 Auersor morum crimina, corpus amo.  
 Sic ego nec sine te, nec tecum uiuere possum,  
 Et uideor uoti nescius esse mei.  
 Aut formosa fores minus, aut minus improba uellem:  
 Non facit ad mores tam bona forma malos:  
 Facta merent odium, facies exorat amorem.  
 Me miserum, uitij plus ualet illa fuis.  
 Parce per ò lecti socialia iura, per omnes,  
 Qui dant fallendos se tibi sæpe Deos:  
 Perq; tuam faciem magni mihi numinis instar,  
 Perq; tuos oculos, qui rapuere meos.  
 Quicquid eris, mea semper eris: tu selige tantum  
 Me quoque uelle, uelis, an ne coactus amem.  
 Lintea dem potius, uentisq; ferentibus utar,  
 Ut quamuis nolim, cogar amare tamen.

## ELEGIA XI.

Ad amicam.

Q Vis fuit ille dies, quo tristia semper amanti,  
 Omnia non albæ concinuisstis aues?  
 Quod ue putem sydus nostris occurrere uotis?  
 Quos ue Deos in me bella mouere querar?  
 Que modo dicta mea est, quam cœpi solus amare,  
 Cum multis uereor ne sit habenda mihi.  
 Fallimur? an nostris innotuit illa libellis?  
 Sic est, ingenio prostitit illa meo.  
 Et merito, quid enim formæ præconia feci?  
 Vendibilis culpa facta puella mea est.  
 Me lenone placet, duce me productus amator:

Lanna

Ianua per nostras est ad aperta manus.  
 An profint dubium est, nocuerunt carmina certè:  
 Inuidiæ nostris illa fuere bonis.  
 Cum Thebæ, cum Troia foret, cum Cæsaris acta  
 Ingenium mouit sola Corinna meum.  
 \*O' utinam aduersis tetigissem carmina Musis,  
 Phœbus & inceptum destituisset opus.  
 Nec tamen ut testes mos est audire poetas,  
 Malueram uerbis pondus abesse meis.  
 Per nos Scylla patri canos furata capillos,  
 Pube premit rabidos, inguinibusq; canes.  
 Nos pedibus pennas dedimus, nos crinibus angues:  
 Victor Abantiades alite fertur equo.  
 Iidem per spatium Tityon porreximus ingens,  
 Et tria uipereo fecimus ora cani.  
 Fecimus Enceladum iaculantem mille lacertis:  
 Ambiguae captos uirginis ore uiros.  
 Aeolios Ithacis inclusimus utribus Euros:  
 Proditor in medio Tantalus amne sitit.  
 De Niobe silicem, de uirgine fecimus irsam:  
 Concinit Odrysiùm Cecropis ales Itym.  
 Iuppiter aut in aues, aut se transformat in aurum,  
 Aut secat imposita uirgine taurus aquas.  
 Protea quid referam, Thebanâq; semina dentes?  
 Qui uomerent flammæ ore, fuisse boues?  
 Flere genis \*auriga suis electra sorores?  
 Quæq; rates fuerant, nunc maris esse Deas?  
 Auersumq; diem mensis furialibus Atrei,  
 Duraq; percussam saxa secuta lyram?  
 Exit in immensum fecunda licentia uatum,  
 Obligat historica nec sua uerba fide.

\*Aduersis  
aurigam\*electra tuas  
auriga

Et

Et mea debuerat falso laudata uideri  
 Foemina : credulitas nunc mihi uestra nocet.

## ELEGIA XII.

De Iunonis  
 scito.

**C**um mihi pomiferis coniux foret orta Phaliscis  
 Moenia contigimus uicta Camille tibi.  
 Casta sacerdotes Iunoni festa parabant,  
 Et celebres ludos, indigenamq; bouem.  
 Grande more pretium ritus cognoscere, quamuis  
 Difficilis cliuis huc uia praebet iter.

Stat uctus, et densa pra nubibus arbore lucus,  
 Aspice, concedes numinis esse locum.

\*Accipit \*Aspiciat ara preces, uotiuamq; thura piorum,  
 Ara per antiquas facta sine arte manus.

Hic ubi personuit solenni tibia cantu,  
 It per uelatas annua pompa uias.

Ducuntur niueae populo plaudente iuuencae,  
 Quas aluit campis herba Phalisca suis.

Et uituli nondum metuenda fronte minaces,  
 Et minor ex humili uictima porcus hara.

Duxq; gregis cornu per tempora dura recuruo:  
 Inuisa est dominae sola capella Deae.

Illius indicio syluis inuenta sub altis

\*destituisse Dicitur inceptam \*detinuisse fugam.

Nunc quoque per pueros iaculis incesitur index,  
 Et pretium auctori uulneris ipsa datur.

Qua uentura Dea est, iuuenes, timidaq; puellae  
 Praebuerant latas ueste iacente uias.

Virginei crines auro gemmaq; premuntur,  
 Et tegit auratos palla superba pedes.

More patrum sanctae uelatae uestibus albis

Tradita

Tradita supposito uertice sacra ferunt.  
 Ore fauent populi tunc, cum uenit aurea pompa,  
 Ipsa sacerdotes subsequiturq; \* suos.  
 Argiua est pompae facies: Agamemnone caeso,  
 Et scelus, et patrias fugit Halesus opes.  
 Iamq; pererratis profugus terraq; mariq;  
 Moenia felici condidit alta manu.  
 Ille suos docuit Iunonia sacra Phaliscos:  
 Sint mihi, sint populo semper amica suo.

\*suos

## ELEGIA XIII.

**N**on ego ne pecces, cum sis formosa, recuso:  
 Sed ne sit misero scire necesse mihi.

Nec te nostra iubet fieri censura pudicam:  
 Sed tamen, ut tentes dissimulare, rogat.

Non peccat, quae cunq; potest peccasse negare,  
 Solaq; \*deformem culpa profissa facit.

Quis furor est, quae nocte latent, in luce fateri?  
 Et quae clam facias, facta referre palam?

Ignoto meretrix corpus iunctura Quirui,  
 Opposita populum submouet ante sera.

Tu tua prostituta famae peccata sinistrae?  
 Commissi perages indiciumq; tui?

Sit tibi mens melior, saltemq; imitare pudicas,  
 Teq; probam, quamuis non eris, esse putem.

Quae facis, haec facito tantum fecisse negato,  
 Nec pudeat coram uerba modesta loqui.

Est qui nequitiam locus exigit, omnibus illum  
 Delitijis imple, sit procul inde pudor.

Hinc simul exieris, lasciuia protinus omnis

Ad amicam, et  
 peccatura est,  
 ut occulte  
 peccet.

\*famofam

pp

Abfit,

Abfit, & in lecto crimina pone tuo.  
 Illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori,  
 Nec femori impositum sustinuisse femur.  
 Illic purpureis condatur lingua labellis,  
 Inq; modos Venerem mille figuret amor.  
 Illic nec uoces, nec uerba iuuantia cessent:  
 Spond. iq; Lasciua mobilitate tremat.  
 Induc cum tunicis metuentem crimina uultum,  
 Et pudor obscenorum diffiteatur opus.  
 Da populo, da uerba mihi, sine nescius errem:  
 Et liceat stulta credulitate frui,  
 Cur toties uideo mitti, ecipiq; tabellas?  
 Cur pressus prior est, interiorq; torus?  
 Cur plus quam somno turbatos esse capillos,  
 Colla q; conspicio dentis habere notam?  
 Tantum non oculos crimen deducis ad ipsos.  
 Si dubitas famæ parcere, parce mihi.  
 Mens abit, & morior, quoties peccasse fateris,  
 Perq; meos artus frigida gutta fluit.  
 Tunc amo, tunc odi frustra, quod amare necesse est:  
 Tunc ego, sed tecum, mortuus esse uelim.  
 Nil equidem inquiram, nec quæ celare parabis  
 Insequar, & falsi criminis instar erit.  
 Si tamen in media deprensa tenebere culpa,  
 Et fuerint oculis probra uidenda meis,  
 Quæ bene uisa mihi fuerint, bene uisa negato:  
 Concedent uerbis lumina nostra tuis.  
 Prona tibi uinci cupientem uincere palma est:  
 Sit modo, non feci, dicere lingua memor.  
 \*tibi Cum \*bene contingat uerbis superare duobus,  
 Et si non causa, iudice uince tuo.

## ELEGIA XIII.

Quære nouum Vatem tenerorum mater amorum,  
 Traditur hæc elegis ultima \*charta meis.  
 Quos ego composui Peligniruris alumnus,  
 Nec me delitiæ dedecuerunt meæ.  
 Si quid id est, usque à proauis uetus ordinis hæres,  
 Non modo militiæ turbine factus eques.  
 Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo,  
 Pelignæ dicar gloria gentis ego.  
 Quem sua libertas ad honesta coegerat arma,  
 Cum timuit socias anxia Roma manus.  
 Atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi  
 Mœnia, \*quæ campi iugera pauca tenent,  
 Quæ tantum dicet potuistis ferre poetam:  
 Quantulacunque estis, uos ego magna uoco.  
 Culte puer, pueriq; parens mihi tempore longo  
 Aurea de campo uellite signa meo.  
 Corniger increpuit thyrso grauiore Lyæus.  
 Pulsanda est magnis arca maior equis.  
 Imbelles elegi gemalis Musa ualete,  
 Post mea mansurum fata superstes opus.

P. Ouidij Nasonis Elegiarum

FINIS.

pp 2

Ad Venerem,  
quod elegis fi  
nem imponat.

\*meta

\*que

## P. O V I D I I

N A S O N I S S V L M O .

N E N S I S D E A R T E

A M A N D I L I B E R

P R I M V S .

\*



**S**I QVIS in hoc artem populo non no-  
uit amandi,

Me legat, & lecto carmine, doctus  
amet.

Arte citæ, uelocq; rates, remoq; reguntur,  
Arte leuis currus, arte regendus amor.

Curribus Automedon lentisq; erat aptus habenis:

Tiphys in Aemonia puppe magister erat.

Me Venus artificem tenero præfecit amori:

Tiphys, & Automedon dicar amoris ego.

Ille quidem ferus est, & qui mihi sepe repugnat:

Sed puer est, ætas mollis, & apta regi.

Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem,

\*placida

Atque animos \*mollis contulit arte feros.

Qui toties socios, toties perterruit hostes,

Creditur amosum pertinuisse senem.

Quas Hector sensurus erat, poscente magistro

Verberibus iussas præbuit ille manus.

Aeacidæ Chiron, ego sum præceptor amoris:

Sæuus uterque puer, natus uterque Dea.

Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro,

Frænâq; magnanimi dente teruntur equi.

Et mihi cedit amor, quamuis mea iulneret arcu

Pectora,

Pectora, iactatas excutiatq; faces.

Quò me fixit amor, quò me uiolentius ussit,

Hoc melior facti uulneris ultor ero.

Non ego Phoebe datas à te mihi mentiar artes:

Nec nos aëriæ uoce monemur auis.

Non mihi sunt uisæ Clio, Clisq; sorores,

Seruanti pecudes uallibus Asra tuis.

Usus opus mouet hoc. Vati parete perito:

Vera canam: cœptis mater Amoris ades.

Este procul uitæ tene, insigne pudoris:

Quæq; tegis medios instita longa pedes:

Nos Venerem tutam, concessaq; furta canemus,

Inq; meo nullum carmine crimen erit.

Principio, quod amare uelis, reperire labora,

Qui noua nunc primum miles in arma uenis.

Proximus huic labor est, placidam exorare puellam:

Tertius, ut longo tempore duret amor.

Hic modus, hæc nostro signabitur arca curru:

Hæc erit admissa meta terenda rota.

Dum licet, & loris passim potes ire solutis,

Elige, cui dicas, tu mihi sola places.

Hæc tibi non ueniet tenues delapsa per auras:

Quærenda est oculis apta puella tuis.

Scit bene uenator, ceruis ubi retia tendat:

Scit bene, qua frendens ualle moretur aper.

Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos;

Nouit quæ multo pisce natentur aquæ.

Tu quoque, materiam longo qui quæris amori,

Antè frequens quo sit discere puella loco.

Non ego quærentem uentis dare uela iubebo.

Nec tibi, ut inuenias, longa terenda uia est.

pp 3

Andr

Andromeden Perseus nigris portauit ab Indis,

Raptaq; sit Phrygio Graia puella uiro:

Tot tibi nanque dabit formosas Roma puellas:

Hæc habet, ut dicas, quicquid in orbe fuit.

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos,

Aequore quot pisces, fronde teguntur aues,

// Quot coelum stellæ, tot habet tua Roma puellas:

Mater & Aeneæ constat in urbe sua.

Seu caperis primis, & adhuc crescentibus annis,

Ante oculos ueniet uera puella tuos.

Sive petis iuuenem, iuuenes tibi mille placebunt:

Cogêris uoti nescius esse tui.

Seu te fortè iuuat fera, & sapientior ætas,

// Hoc quoque (crede mihi) crebrius agmen erit.

Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra,

Cùm sol Herculei terga Leonis adit.

Aut, ubi muneribus nati sua munera mater

Addidit, externo marmore diues opus.

Nec tibi uitetur, quæ priscis sparsa tabellis

Porticus, auctoris Liuiæ nomen habet.

Quæq; parare necem miseris patriuelibus aufe

\*stat ferus

Belides, & stricto \*barbarus ense pater.

Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis,

Cultaq; Iudæo septima sacra uiro.

Neu fuge Niliginae Memphisitica sacra iuuenca:

Multas illa facit, quod fuit ipsi Ioui.

Et fora conueniunt (quis credere posset?) amori,

Flammaq; in arguto sæpe reperta foro est.

\*qua

Subdita \*quæ Veneris factio de marmore templo est,

Appias expressis aëra pulsat aquis.

Illo sæpe loco capitur consultus amore,

Quis

Quisq; alijs cauit, non cauet ille sibi.

Illo sæpe loco desunt sua uerba diserto,

Resq; nouæ ueniunt, causiq; agenda sua est.

Hunc Venus è templis, quæ sunt confinia, ridet:

Qui modò patronus, iam cupit esse cliens.

Sed tu præcipue curuis uenare theatris:

Hæc loca sunt uotis fertilliora tuis.

Illic inuenies, quod ames, quod ludere possis,

Quodq; semel tangas, quodq; tenere uelis.

Vt redit, itq; frequens longum formica per agmen,

Granifero solitum dum uehit ore cibum:

Aut ut apes salusq; suos, & olentia nocte

Pascua per flores, & thyma summa uolant:

Sic ruit in celebres cultissima semina ludos:

Copia iudicium sæpe morata meum est.

Spectatum ueniunt, ueniunt spectentur ut ipsæ:

Ille locus casti damna pudoris habet.

Primus sollicitos fecisti Romule ludos,

Cùm iuuit uiduos rapta Sabina uiros.

Tunc neque marmoreo pendebant uela teatro,

Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

Illic, quas tulerant nemorosa palatia, frondes

Simpliciter positæ, scena sine arte fuit.

In gradibus sedit populus de cespite factis,

Qualibet hirsutas fronde tegente comas.

Respiciunt, oculisq; notat sibi quisque puellam, //

Quam uelit, & tacito pectore multa mouet. //

Dumq; rudem præbente modum tibicine Thusco,

Lydius æquatam ter pede pulsat humum,

In medio plausu (plausus tunc arte carebat)

Rex populo prædæ signa petenda dedit.

PP 4

Protin

Descriptio

Raptus uirgi-  
nis Sabina  
tunc.

Protinus exiliunt, animum clamore fatentes,  
 Virginibus cupidas iniiciuntq; manus.  
 Ut fugiunt aquilas timidissima turba columbae,  
 Utq; fugit uisos agna nouella lupos:  
 Sic illae timuere uiros sine lege ruentes,  
 Constitit in nulla, qui fuit ante, color.  
 Nam timor unus erat, facies non una timoris,  
 Pars lanat crines, pars sine mente sedet.  
 Altera moesta silet, frustra uocat altera matrem,  
 Haec queritur, stupet haec, haec fugit, illa manet.  
 Ducunt raptae, genialis praeda, puellae,  
 Et potuit multas ipse decere pudor.  
 Si qua repugnabat nimium, comitemq; negabat,  
 Sublatam cupido uir tulit ipse sinu.  
 Atque ita: quid teneros lacrymis corrumpis ocellos?  
 Quod matri pater est, hoc tibi, dixit, ero.  
 Romule militibus scisti dare commoda solus,  
 Haec mihi si dederis commoda, miles ero.  
 Scilicet ex illo solennia more Theatra  
 Nunc quoque formosis insidiosa manent.  
 Nec te nobilium fugiat certamen equorum:  
 Multa capax populi commoda Circus habet.  
 Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris,  
 Nec tibi per nutus accipienda nota, est.  
 Proximus ad dominam nullo prohibente sedeto,  
 Iunge tuum lateri, quam potes, usque latus.  
 Et bene te cogit, si nolit, linea iungi,  
 Qua tibi tangenda est lege puella loci.  
 Hic tibi queratur socij sermonis origo,  
 Et moueant primos publica uerba sonos.  
 Cuius equi ueniant, facito studiose requiras:

Nec mora quisquis erit, cui fauet illa faue.  
 Et cum pompa frequens certantibus ibit ephebis,  
 Tu Veneri dominae plaude fauente manu.  
 Utq; fit, in gremium puluis si forte puellae  
 Deciderit, digitis excutiendus erit.  
 Et, si nullus erit puluis, tamen excute nullum:  
 Quaelibet officio causa sit apta tuo.  
 Pallia, si terrae nimium demissa iacebunt,  
 Collige, & immunda sedulus effer humo.  
 Protinus officij pretium, patiente puella,  
 Contingent oculis crura uidenda tuis.  
 Respice praeterea, post uos quicumque sedebit,  
 Ne premat opposito mollia terga genu.  
 Parua leues capiunt animos: fuit utile multis  
 Puluinar facili composuisse manu.  
 Profuit & tenui uentos mouisse stabello,  
 Et caua sub tenerum scama dedisse pedem.  
 Hos aditus Circusq; nouo praebebit amori,  
 Sparsaq; sollicito tristis arena foro.  
 Illa saepe puer Veneris pugnavit arena:  
 Et qui spectauit uulnera, uulnus habet.  
 Dum loquitur, tangitq; manu, poscitq; libellum:  
 Et querit, posito pignore, uincat uter:  
 Saucius ingemuit, telumq; uolatile sensit,  
 Et pars spectati uulneris ipse fuit.  
 Quid modò cum belli naualis imagine Caesar  
 Perfidas induxit, Cecropidasq; rates?  
 Nempe ab utroque mari iuuenes, ab utroque puellae  
 Venere, atque ingens orbis in urbe fuit.  
 Quis non inuenit, turba quod amaret in illa?  
 Heheu quam multos aduena torisit amor.



Ecce parat Caesar domito quod defuit orbi  
Addere. nunc Oriens ultime noster eris.

Parthe dabis poenas: Crassi gaudete sepulti:  
Signaq; barbaricas non bene passa manus.

Vltor adest, primisq; ducem profitetur in annis,  
Bellaq; non puero tractat agenda puer.

Parcite natales timidi numerare Deorum:  
Caesaribus uirtus contigit ante diem.

Ingenium caeleste suis uelociter annis  
Surgit, & ignauae fert m. le. damna morae.

\*duos Paruus erat, manibusq; \* suis Thyrrhithus angues  
Pressit, & in cunis iam loue dignus erat.

\*quantus Nunc quoque qui puer es, \* tantus tum Bacche fuisti,  
Cum timuit thyrsos India uicta tuos.

\*annisq; Auspicijs, \* animisq; patris puer arma mouebis,  
\*annis Et uinces \* animis, auspicijsq; patris.

Tale rudimentum tanto sub nomine debes  
Nunc iuuenum princeps, deinde future senum.

Cum tibi sint fratres, fratres ulciscere laesos:  
Cumq; pater tibi sit, iura tuere patris.

Præbuit arma tibi genitor patri læq;, tuusq;  
Hostis ab innito regna parente rapit.

Tu pia tela feres, sceleratas ille fugittas.  
Stabit pro signis iusq;, piumq; tuis.

Vincuntur Parthi causa uincantur & armis:  
Eoas Latio dux meus addit opes.

Marsq; pater, Caesarq; pater, date numen eunti:  
Est Deus e nobis alter, & alter erit.

Auguror, en uinces, uotiuq; carmina reddam,  
Et magno nobis ore sonandus eris.

Consistes, aciemq; meis hortabere uerbis.

O defuit

O defuit animis ne mea uerba tuis.

Tergaq; Parthorum, Romanaq; pectora dicam,  
Telaq;, ab auerso quæ iacit hostis equo.

Quid fugis, ut uincas? quid uictos Parthe relinquis?  
Parthe malum iam nunc Mars tuus omen habet.

Ergo erit illa dies, qua tu pulcherrime rerum,  
Quattuor in niueis aureis ibis equis.

Ibunt ante duces onerati colla catenis,  
Ne possint tuti, qua prius, esse fuga.

Spectabunt iuuenes læti, mistæq; puellæ,  
Diffundetq; animos omnibus illa dies.

Atque aliqua ex illis, dum regum nomina quæret,  
Quæ loca, qui montes, quæ ue ferantur aquæ:

Omnia responde, nec tantum si qua rogabit:  
Et quæ nescieris, ut bene nota, refer.

Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem:  
Cui coma dependet cærulea, Tigris erit.

Hos fac Armenios: hæc est Danaëia \* Persis:  
Urbs in Achæmenijs uallibus ista fuit.

Ille, uel ille duces, & erunt, quæ nomina dicas,  
Si poteris, uerè: si minus, apta tamen.

Dant etiam positis aditum conuiuia mensis:  
Est aliquid præter uina, quod inde petas.

Sæpe illic positis, teneris adducta lacertis  
Purpureus Bacchi cornua pressit Amor:

Vinaq; cum bibulas sparsere Cupidinis alas,  
Permanet, & capto stat grauis ille loco.

Ille quidem pennas uelociter excutit udas:  
Sed tamen aspergi pectus amore nocet.

Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos,  
Cura fugit multo, diluiturq; mero.

\*proles

Tunc

- / Tunc ueniunt risus, tunc pauper cornua sumit,  
 Tunc dolor, & curæ, rugaq; frontis abit.  
 / Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro  
 Simplicitas, artes excutiente Deo.  
 / Illic sæpe animos iuuenum rapuere puellæ,  
 Et Venus in uinis, ignis in igne fuit.  
 / Hic tu fallaci nimium ne crede lucernæ:  
 Iudicio formæ noxq; merumq; nocet.  
 / Luce Deas, cæloq; Paris spectauit aperto,  
 Cum dixit Vencri, uincis utranque Venus.  
 / Nocte latent mendæ, uitioq; ignoscitur omni,  
 Horaq; formosam quamlibet illa facit.  
 / Consule de gemmis, de tincta murice lana,  
 / Consule de facie, corporibusq; diem.  
 Quid tibi foemineos cœtus uenatibus aptos  
 Enumerem? numero cedit arena meo.  
 Quid referam Baias? prætextaq; littora uelis?  
 Et, quæ de calido sulphure fumat, aquam?  
 Hinc aliquis uulnus referens in pectore, dixit,  
 Non hæc (ut fama est) unda salubris erat.  
 Ecce suburbanæ templum nemorale Dianæ,  
 Partaq; per gladios regna nocente manu.  
 Illa quod est uirgo, quod tela Cupidinis odit,  
 Multa dedit populo uulnera, multa dabit.  
 \*tendas Hactenus unde legas, quod ames, ubi retia \*ponas,  
 Præcipit imparibus uecta Thaleia modis.  
 Nunc tibi quæ placuit, quas sit capiendæ per artes,  
 Dicere præcipuè molior artis opus.  
 \*dociles Quisquis ubique, uiri \*faciles aduertite mentes,  
 \*adeste Pollicitisq; fauens uulgus \*adeslo meis.  
 Prima tuæ menti ueniat fiducia, cunctas

- Poffe capi: capies, tu modò tende plagas.  
 Vere prius uolucres taceant, æstate cicadæ,  
 Mænalius lepori det sua terga canis:  
 Fœmina quàm iuueni blandè tentata repugnet:  
 Hæc quoque, quàm poteris credere nolle, uolet.  
 Utq; uiro furtiua Venus, sic grata puellis:  
 Vir malè dissimulat, tectius illa cupit.  
 Conueniat maribus, nequam nos antè rogemus,  
 Fœmina iam partes uicta rogantis aget.  
 Mollibus in pratibus admugit fœmina tauro,  
 Fœmina cornipedi semper adhibuit equo.  
 \*Parciore in nobis, nec tam furiosa libido est:  
 Legitimum finem flamma uirilis habet.  
 Byblida quid referam: uetito quæ fratris amore  
 Arsit, & est laqueo fortiter ultra nefas.  
 Myrrha patrem, sed non ut filia debet, amauit:  
 Et nunc obducto cortice pressa latet.  
 Illius lacrymis, quas \*arbor sudat odora,  
 \*arbore fundit  
 Vngimur, & dominæ nomina gutta tenet.  
 Forte sub umbrosis nemorose uallibus Idæ  
 Candidus armenti gloria taurus erat,  
 Signatus tenui media inter cornua \*uirga,  
 \*nigro  
 Vna fuit labes, cætera lactis erant.  
 Illum Cnosades, \*Sidontadesq; iuuençæ  
 \*Cyd.  
 Optarunt tergo sustinuisse suo.  
 Pasiphaë fieri gaudebat adultera tauri,  
 Inuida formosas oderat illa boues.  
 Nota cano: non hoc, quæ centum sustinet urbes,  
 Quamuis sit mendax, Creta negare potest.  
 Ipsa nouas frondes, & prata tenerrima tauro  
 Fertur inassueta subsecuisse manu.

It comes armentis, nec ituram cura moratur  
Coniugis, & Minos à boue uictus erat.

Quid tibi Pasiphaë pretiosas sumere uestes?  
Ille tuus nullas sentit adulter opes.

Quid tibi cum speculo montana armenta petenti?  
Quid toties positas fingis inepta comas?  
Crede tamen speculo, quod te negat esse iuuentam,  
Quàm cuperes fronti cornua nata tue.

Siue placet Minos, nullus queratur adulter:  
Siue uirum mauius fallere, falle uiro.

In nemus, & saltus thalamo regina relicto  
Fertur, ut Aonio concita Baccha Deo.

Ah quoties uultu uaccam spectauit iniquo,  
Et dixit, domino cur placet ista meo?

Aspice, ut ante ipsum teneris exultat in herbis,  
Nec dubito, quin se stulta placere putet.

Dixit: & ingenti iandudum de grege duci  
Iussit, & immeritam sub iuga curua trahi:

Aut cadere ante aras, commentaq; sacra coëgit:  
Et tenuit leta pellicis exta manu.

Pellicibus quoties placauit numina cæsis?  
Atque ait exta tenens: ite, placete meo?

Et modò se fieri Europam, modò postulat Iò:  
Altera quòd bos est, altera uectu boue.

Hanc tamen impleuit uacca deceptus acerna  
Dux gregis, & partu proditus autor erat.

Cressa Thyesteo si se abstinuisset amore,  
(Ah quantum est uni posse placere uiro)

Non mediū rapuisset iter, curruq; retorto  
Auroram uersis Phœbus adisset equis.

Filia purpureos Niso furata capillos

Puppe cadens celsi, facta refertur auis.

Altera Scylla maris monstrum, medicamine Circes  
Pube premit rabidos, inguinibusq; canes.

Qui Martem terris, Neptunum effugit in undis,  
Coniugis Atrides uictima dira fuit.

Cui non defleta est Ephyræa flamma Cræusæ?  
Et nece natorum sanguinolenta parens?

Fleuit Amyntorides per inania lumina Phœnix.  
Hippolytum rapidi diripuistis equi.

Quid fedis immeritis Phineu sua lumina natis?  
Pœna reuersura est in caput ista tuum.

Omnia fœminea sunt ista libidine mota:  
Acrior est nostra, plusq; furoris habet.

Ergo agè ne dubita cunctas superare puellas.  
Vir erit è multis quæ neget una tibi.

Quæ dant, quæq; negant, gaudent tamen esse rogatæ:  
Ut iam fallaris, tuta repulsa tua est.

Sed cur fallaris, cum sit noua grata uoluptas?  
Et capiant animos plus aliena suis?

Fertilior seges est alienis semper in agris,  
Vicinumq; pecus grandius uber habet.

Sed prius ancillam captatæ nosse puellæ  
Cura sit: accessus molliet ista tuos.

Proxima consilijs dominæ sit ut illa uideto,  
Nèue parum tacitis conscia fida iocis.

Hanc tu pollicitiis, hanc tu corrumpe rogando.  
Quod petis, ex facili, si uolet illa, feres.

Illam leget tempus (medici quoque tempora seruant)  
Quò facilis dominæ mens sit, & apta capi.

Mens erit apta capi tunc, cum letissimarum,  
Et seges in pingui luxuriabit humo.

Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore,  
 Ipsa patent, blanda tum subit arte Venus.  
 Tunc cum tristis erat, defensa est ilios armis:  
 Militibus grauidum læta recepit equum.  
 Tum quoque tentanda est, cum pellice læsa dolebit:  
 Tunc facies, opera ne sit inulta tua.  
 Hanc matutinos pectens ancilla capillos  
 Incitet, & uelo remigis addat opem.  
 Et secum tenui suspirans murmure dicat,  
 Ut puto, non poteris ipsa referre uicem.  
 Tunc de te narret, tunc persuadentia uerba  
 Addat, & insano iuret amore mori.  
 Sed propera, ne uela cadant, iræq; residant.  
 Ut fragilis glacies, interit ira mora.  
 Queris, an hanc ipsam prosit uiolare ministram?  
 Talibus admittis alea grandis inest.  
 Hæc ad concubitum fit sedula, tardior illa:  
 Hæc dominæ munus temperat, illa sibi.  
 Casus in euentu est licet hic indulgeat ausis,  
 Consilium tamen est abstinuisse meum.  
 Non ego per præceps, & acuta cacumina uadam,  
 Nec iuuenum quisquam me duce captus erit.  
 Si tamen illa tibi dum dat, recipitq; tabellas,  
 Corpore, non tantum sedulitate, placet:  
 Fac domina potiare prius: comes illa sequetur:  
 Non tibi ab ancilla est incipienda Venus.  
 Hoc unum moneo (si quid modò creditur arti)  
 Ne mea dicta rapax per mare uentus agat:  
 Aut nunquam tentes: aut perforce tollitur index,  
 Cum semel in partem criminis illa uenit.  
 Non auis utiliter uiscatis effugit alis:

Non bene de laxis casibus exit aper.  
 Saucius arrepto piscis retinetur ab hâmo:  
 Opprime tentatam, nec nisi uictor abi.  
 Tunc neque te prodest communi noxia culpa,  
 Factaq; erunt dominæ, dictaq; nota tibi.  
 Sed bene celetur: bene si celabitur index,  
 Notitiæ suberit semper amica tuæ.  
 Tempora qui solis operosa colentibus arua  
 Fallitur, & nautis aspicienda putat.  
 Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis,  
 Nec semper uiridi concaua puppis aquæ.  
 Nec teneras tutum est semper captare puellas:  
 Sæpe dato melius tempore fiet idem.  
 Siue dies suberit natalis, siue calendæ,  
 Quas Venerem Marti continuasse iuuat.  
 Siue erit ornatus, non ut fuit antè, sigillis,  
 Sed regum positas circus habebit opes:  
 Differ opus, tunc tristis hyems, tunc Pleiades instant,  
 Tunc & in æquorea mergitur Hædus aqua.  
 Tunc bene definitur: tunc, si quis creditur alto,  
 Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis.  
 Tunc licet incipias, qua flebilis Allia luce  
 Vulncribus Latij sanguinolenta fuit.  
 Quaq; die redeunt rebus minus apta gerendis  
 Culta Palestino septima festa uiro.  
 Magna superstio tibi sit natalis amicæ,  
 Quaq; aliquid dandum est, illa sit atra dies.  
 Cum bene uitaris, tamen auferet: inuenit artem  
 Fœmina, qua cupidi carpat amantis opes.  
 Insitor ad dominam ueniet discinctus emacem,  
 Expediet merces teq; sedente suas.

Quas illi, inspicias, sapere ut uideare, rogabit:  
 Oscula deinde dabit, deinde rogabit, emas.  
 Hoc fore contentam multos iurabit in annos,  
 Nunc opus esse sibi, nunc bene dicet emi.  
 Si non esse domi, quos des, causabere nummos,  
 Littera poscetur, nec didicisse iuuat.  
 Quid quasi natali cum poscit munera libo?  
 Et quoties opus est, nascitur illa sibi?  
 Quid cum mendaci damno mœstissima plorat?  
 Elapsusq; caua fingitur aure lapis?  
 Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt:  
 Perdis, & in damno gratia nulla tuo est.  
 Non mihi, sacrilegas meretricum, ut persequare artes,  
 Cum totidem linguis sint satis ora decem.  
 Cera uadum tentet rasis infusa tabellis.  
 Cera tuae primùm conscia mentis erit.  
 Blanditias ferat illa tuas, imitataq; amantum  
 Verba, nec exiguas, quisquis es, adde preces.  
 Hectora donauit Priamo prece motus Achilles:  
 Flectitur iratus uoce rogante Deus.  
 Promittas facito: quid enim promittere lædit?  
Pollicitis diues quilibet esse potest.  
 Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum:  
 Illa quidem fallax, sed tamen apta Dea est.  
 Si dederis quicquam, poteris ratione relinqui.  
 Præteritum tulerit, perdiditq; nihil.  
 Et quod non dederis, semper uideare daturus:  
 Sic dominum sterilis sepe sefellit ager.  
 Sic, ne perdidit, non cessat perdere lusor:  
 Et reuocat cupidus alea sepe manus.  
 Hoc opus, hic labor est, primùm sine munere iungi:

Side

Si dederit gratis, quæ dedit, usque dabit.  
 Ergo eat, & blandis peraretur littera uerbis:  
 Exploretq; animos, primaq; tentet iter.  
 Littera Cydippen pomo perlata sefellit,  
 Insciaq; est uerbis capta puella suis.  
 Disce bonas artes (moneo) Romana iuuentus,  
 Non tantum trepidos ut tuare reos.  
 Quam populus, iudexq; grauis, lectusq; senatus,  
 Tam dabit eloquio uicta puella manus.  
 Sed lateant uires, nec sis in fronte disertus,  
 Effugiant uoces uerba molesta tue.  
 Quis, nisi mentis inops, teneræ declamat amicæ?  
 Sepe ualens odij littera causa fuit.  
 Sit tibi credibilis sermo, consuetaq; uerba,  
 Blanda tamen, præsens ut uideare loqui.  
 Si non accipiet scriptum, illectumq; remittet,  
 Lecturam spera, propositumq; tene.  
 Tempore difficiles ueniunt ad aratra iuueni:  
 Tempore lenta pati fræna docentur equi.  
 Ferreus assiduo consumitur anulus usu:  
 Interit assidua uomer aduncus humo.  
 Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?  
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.  
 Penelopen ipsam, perstes modò, tempore uincens:  
 Capta uides serò Pergama, capta tamen.  
 Legerit, & nolit rescribere, cogere noli:  
 Tu modò blanditias fac legat ipsa tuas.  
 Quæ uoluit legisse, uolet rescribere lectis:  
 Per numeros ueniunt ista, gradusq; suos.  
 Forsthan & primò ueniet tibi littera tristis,  
 Quæq; roget, ne se sollicitare uelis.

qq z

Quod

Quod rogat illa, timet: quod non rogat, optat ut infles:  
 Insequere, & uoti postmodo compos eris.  
 Interea siue illa toro resupina feratur,  
 Lecticam dominae dissimulanter adi.  
 Ne ue aliquis uerbis odiosas afferat aures,  
 Quam potes ambiguus callidus abde notis.  
 Seu pedibus uacuis illi spatiosa teretur  
 Porticus, hic socias tu quoque iunge moras.  
 Et modò præcedas, facito, modò terga sequaris,  
 Et modò festines, & modò lentus eas.  
 Nec tibi de medijs aliquot transire columnas  
 Sit pudor, & lateri continuasse latus.  
 Nec sine te curuo sedeat speciosa theatro.  
 Quod spectes, humeris afferet illa suis.  
 Illam respicias, illam mirere licebit.  
 Multa supercilio, multa loquare notis.  
 Et plaudas aliquo mimo saltante puellæ:  
 Et faueas illi, quisquis agatur amans.  
 Cum surgit, surgas: donec sedet illa, sedeto:  
 Arbitrio dominae tempora perde tuæ.  
 Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos,  
 Nec tua mordaci pumice crura teras.  
 Ista iube faciant, quorum Cybeleia mater  
 Concinitur Phrygijs exululata modis.  
 Forma uiros neglecta decet. Minoida Theseus  
 Abstulit à nulla tempore comptus acu.  
 Hippolytum Phædra, nec erat bene comptus, amauit.  
 Cura Deæ syluis aptus Adonis erat.  
 Munditie placeant, suscentur corpora campo.  
 Sit bene conueniens, & sine labe toga.  
 Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes,

Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.  
 Nec malè deformet rigidos tonsura capillos,  
 Sit coma, sit docta barba resecta manu,  
 Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues,  
 Inq; caua nullus stet tibi nare pilus.  
 Nec malè odorati sit tristis anhelitus oris,  
 Nec lædat nares uirq; paterq; gregis.  
 Cetera læsiuæ faciunt concede puellæ,  
 Et si quis malè uir querit habere uirum.  
 Ecce suum uatem Liber uocat: hic quoque amantes  
 Adiuuat, & flammæ, qua calet ipse, fauet.  
 Cnosus in ignotis amens errabat arenis,  
 Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis.  
 Utq; erat è somno tunica uelata recincta,  
 Nuda pedem, croceas irreligata comas,  
 Thesea crudelem surdas clamabat ad undas,  
 Indigno teneras hymbre rigante genas.  
 Clamabat, flebatq; simul, sed utrunque decebat,  
 Nec facta est lacrymis turpior illa suis:  
 Iamq; iterum tundens mollissima pectora palmis,  
 Perfidus ille abiit, quid mihi fiet? ait.  
 Quid mihi fiet? ait. sonuerunt cymbala toto  
 Littore, & attonita tympana pulsa manu.  
 Excidit illa metu, rupitq; nouissima uerba,  
 Nullus in exanimi corpore sanguis erat.  
 Ecce leues Satyri præuia turba Dei:  
 Ebrius ecce senex pando Silenus asello  
 Vix sedet, & pressas continet arte iubas.  
 Dum sequitur Bacchas, Bacchæ fugiuntq; petuntq;  
 Quadrupedem ferula dum malus urget eques,

In caput aurito cecidit delapsus a fello,  
 Clamarunt Satyri, surge age, surge pater.  
 Iam Deus in curru, quem summum texerat uuis,  
 Tigribus adiunctis aurea lora dabat.  
 Et color, & Theseus, & uox abiire puellæ:  
 Terq; fugam petijt, terq; retenta metu est.  
 Horruit, ut steriles, agitât quas uentus, aristæ,  
 Vt leuis in madida canna palude tremît.  
 Cui Deus, en adsum tibi cura fidelior, inquit,  
 Pone metum, Bacchi Cnosias uxor eris.  
 Munus habe cœlum, cœlo spectabere sydus,  
 Sæpe reges dubiam Cressa puella ratem.  
 Dixit, & e curru, ne tigres illa timeret,  
 Desilit, imposito cœsit arena pede.  
 Implicitamq; sinu (neque enim pugnare ualebat)  
 Abstulit, ut facile est omnia posse Deo.  
 \* euhye euhye clamant Pars Hymenæe canunt, pars \* altera Euoë clamant.  
 Sic coëunt sacro nupta, Deusq; toro.  
 Ergo, ubi contigerint positi tibi munera Bacchi,  
 Atque erit in socij fœmina parte tori:  
 Nycteliumq; patrem, nocturnaq; sacra precare,  
 Ne iubeant capiti uina nocere tuo.  
 \* ficto Hic tibi multa licet sermone latentia \* tecto  
 Dicere, quæ dici sentiat illa sibi.  
 Blanditiasq; leues tenui perscribere uino,  
 Vt dominam in mensa se legat illa tuam.  
 Atque oculos oculis spectare fatentibus ignem,  
 Sæpe tacens uocem, uerbaq; uultus habet.  
 Fac primus rapias illius tacta labellis  
 Pocula: quaq; bibit parte puella, bibas.  
 Et quencunque cibum digitis libauerit illa,

Tu pete, dumq; petes, sit tibi tacta manus.  
 Sint etiam tua uota uiro placuisse puellæ:  
 Vtilior uotis factus amicus erit.  
 Huic, si forte bibas, sortem concede priorem,  
 Huic detur capiti missa corona tuo.  
 Sine sit inferior, seu par, prior omnia sumat:  
 Ne dubites illi uerba secunda loqui.  
 Tuta, frequensq; uia est, per amici fallere nomen:  
 Tuta frequensq; licet sit uia, crimen habet.  
 Inde propinator \* nimirum multa propinct.  
 Et sibi mandatis plura uidentia putet.  
 Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi:  
 Officium præsent, mensq; pedesq; suum.  
 Iurgia præcipue uino stimulatâ caueto,  
 Et nimium faciles ad fera bella manus.  
 Occidit Eurytion stulte data uina bibendo:  
 Aptior est dulci mensa, merumq; ioco.  
 Si uox est, canta: si mollia brachia, salta:  
 Et, quacunque potes dote placere, place.  
 Ebrietas ut uera nocet, sic ficta iuuabit:  
 Fac titubet blæso subdola lingua sono.  
 Et quicquid dices, facies ue proteruius æquo,  
 Credatur nimium causa fuisse merum.  
 Et bene dic dominae, bene, cum quo dormiet illa:  
 Sed malè sit tacita mente precare uiro.  
 At, cum discedet mensa conuiuia \* relictâ,  
 Ipsa tibi accessus turba, locumq; dabit.  
 Inse te turbæ, leuiterq; admotus eunti,  
 Velle latus digitis, & pede tange pedem.  
 Colloquij iam tempus adest, fuge rustice longè  
 Hinc pudor: audacem forsq; uenusq; iuuant.

a procurator  
 legendum putat  
 Cuius lib 12 ob 32

\*nimium  
 quoque  
 & procuret  
 Cuius d. to  
 ex utriusq; libris  
 Id est procur  
 da, prouidenda.  
 Cuius d. to.

\*remota

Non tua sub nostras ueniet facundia leges:

Fac tantum cupias, sponte disertus eris.

Est & agendus amans, imitandaq; uulnera uerbis,

Hic tibi quaeratur qualibet arte fides.

Non credi labor est: tibi quaeque uidetur amanda:

Pessima sit, nulli non sua forma placet.

Sæpe tamen uerè coepit simulator amare,

Sæpe, quod incipiens finxerat esse, fuit.

Quo magis ò faciles imitantibus este puellæ,

Fiet amor uerus, qui modò fictus erat.

\*nunc sit Blanditijs animum furtim deprendere \* fas est,

Vt pendens liquida ripa subitur aqua.

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,

Et teretes digitos, exiguumq; pedem.

Delectant etiam castas præconia formæ:

Virginibus curæ, gratæq; forma sui.

Nam cur in Phrygijs Iunonem, & Pallada syluis

Nunc quoque iudicium non tenuisse pudet:

Laudatas ostendit auis Iunonia pennas,

Si tacitus spectes, illa recondet opes.

Quadrupes inter rapidi certamina cursus

Depexæq; iubæ, plausaq; colla iuuant.

Nec timide promitte, trahunt promissa puellas,

Pollicitis testes quoslibet adde Deos.

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,

Et iubet Aeolios irrita ferre Notos.

Per Styga Iunoni falsò iurare solebat

Iuppiter: exemplo nunc fauet ille suo.

Expedit esse Deos, & ut expedit, esse putemus,

Dentur in antiquos thura, merumq; ficos.

Nec secura quies illos, similisq; sopori

Detinet:

Detinet: innocui uiuite, numen adest.

Reddite depositum, pietas sua foedera seruet,

Fraus absit, uacuas cædis habete manus.

Ludite, si sapitis, solas impune puellas:

Hac minus est una fraude pudenda fides.

Fallite fallentes, ex magna parte profanum

Sunt genus: in laqueos, quos posuere, cadant.

Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua

Hymbribus, atque annos sicca fuisse nouem.

Cum Thrasius Bujiris adit, monstratq; piari

Hospitis effuso sanguine posse iouem:

Illi Bujiris, fies Iouis hostia primus,

Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam.

Et Phalaris tauro uiolenti membra Perilli

Torruit: infelix imbuit autor opus.

Iustus uterque fuit, neque enim lex iustior ulla est,

Quàm necis artifices arte perire sua.

Ergo ut periuras meritò periuria fallant,

Exemplo doleat foemina lesa suo.

Et lacrymæ profunt, lacrymis adamanta mouebis,

Fac madidas uideat, si potes, illa genas.

Si lacrymæ (neque enim ueniunt in tempore semper)

Deficiunt, uida lumina tange manu.

Quis sapiens blandis non misceat oscula uerbis?

Illia licet non det, non data sume tamen.

Pugnabit primo fortassis, & improbe dicet:

Pugnando uinci se tamen illa uolet.

Tantum ne noceant teneris malè rapta labellis,

Nè ue queri possit, dura fuisse, caue.

Oscula qui sumpsit, si non & cætera sumpsit,

Hæc quoque, quæ data sunt, perdere dignus erat.



Quantum defuerat pleno post oscula uoto?  
 Hei mihi rusticitas, non pudor ille fuit.  
 Vim licet appellent, grata est uis ista puellis:  
 Quod iuuat, inuitæ sæpe dedisse uolunt.  
 Quæcunque est Veneris subita uiolata rapina,  
 Gaudet, & improbitas muneris instar habet.  
 At, quæ cum posset cogi, non tacta recessit,  
 Cum simulet uultu gaudia, tristis erit.  
 Vim passa est Phœbe, uis est illata sorori,  
 Et gratus raptis raptor uterque fuit.  
 Fabula nota quidem, sed non indigna referri,  
 Scyriæ Aemonio uicta puella uiro.  
 Iam dea laudatæ dederat mala præmia formæ  
 Colle sub Idæo uincere digna Venus.  
 Iam nurus ad Priamum diuerso uenerat orbe,  
 Grataq; in Iliacis moenibus uxor erat.  
 Iurabant omnes in læsi uerba mariti,  
 Nam dolor unius publica causa fuit.  
 Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles,  
 Veste uirum longa dissimulatus erat.  
 Quid facis Acacide? non sunt tua munera lanæ,  
 Tu titulos alia Palladis arte pete.  
 Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta ferendo.  
 Pensa quid in dextra, qua cadat Hector, habes?  
 Reijce succinctos operoso stamine fufos,  
 Quassanda est ista Pelias hasta manu.  
 Fortè erat in thalamo uirgo regalis codem,  
 Hæc illum stupro comperit esse uirum.  
 Viribus illa quidem uicta est (ita credere oportet)  
 Sed uoluit uinci uiribus illa tamen.  
 Sæpe mane dixit, cum iam properaret Achilles,

Fortia nam posita sumpserat arma colo.  
 Vis ubi nunc illa est? quid blanda uoce moraris  
 Autorem stupri Deidameia tui?  
 Scilicet ut pudor est, quondam cœpisse priorem,  
 Sic alio gratum est incipiente pati.  
 Ah nimia est propriæ iuueni fiducia formæ,  
 Expectet si quis, dum prior illa roget.  
 Vir prior accedat, uir uerba precantia dicat,  
 Excipiet blandas \*molliter illa preces.  
 Ut potiare, roga: tantum cupit illa rogari:  
 Da causam uoti, principiumq; tui.  
 Iuppiter ad ueteres supplex heroidas ibat,  
 Corripuit magnum nulla puella iouem.  
 Si tamen à precibus tumidos accedere fastus  
 Senseris, incepto parce, referq; pedem.  
 Quod refugit, multæ cupiunt: odere, quod instat:  
 Lenius instando tædia tolle tui.  
 Nec spes est Veneris semper profutenda roganti,  
 Intret amicitia: nomine tectus amor.  
 Hoc aditu uidi tetricæ data uerba puellæ,  
 Qui fuerat cultor, factus amator erat.  
 Candidus in nauta turpis color: æquoris unda  
 Debet & à radijs syderis esse niger.  
 Turpis & agricolæ, qui uomere semper adunco,  
 Et grauibus rastris sub Ioue uersat humum.  
 Et tu, Palladiæ petitur cui fama coronæ,  
 Candida si fuerint corpora, turpis eris.  
 Palliat omnis amans, color est hic aptus amanti,  
 Hoc decet, hoc multi non ualuisse putant.  
 Pallidus in Lyricen syluis errabat Orion,  
 Pallidus in lenta Naiade Daphnis erat.

\*comiter

\*animum Arguat & macies \*uultum, nec turpe putaris  
Pileolum nitidis imposuisse comis.

Attenuant iuuenum uigilatae corpora noctes,

*in magno* Curaq; & \*immenso qui fit amore, dolor.

Vt uoto potiare tuo, miserabilis esto,

Vt, qui te ui te uideat, dicere possit, amas.

Conquerar: an moncam nullum fas esse, nefasq;?

Nomen amicitiae, nomen inane fides.

Hei mihi non tutum est, quod ames, laudare sodali:

Cum tibi Laudanti credidit, ille subit.

At non Actorides lectum temerauit Achillis,

Quantum ad Pirithoum, Phœdra pudica fuit.

Hermionem Pylades, qua Pallada Phœbus amauit,

Quodq; tibi geminus Tyndari Castor, erat.

Siquis idem sperat, laturas poma myricas

Speret, & e medio flumine mella petat.

Nil, nisi turpe iuuat: curae est sua cuique uoluptas:

Hæc quoque ab alterius gratia dolore uenit.

Heu facinus, non est hostis metuentus amanti:

Quos credis fidos, effuge, tuus eris,

Cognatum, fratremq; caue, fidumq; sodalem:

Præbebit ueros hæc tibi turba metus.

Finiturus eram, sed sunt diuersa puellis

Pectora: mille animos excipe mille modis.

Nec tellus eadem parit omnia, uitibus illa

Conuenit, hæc oleis, hic bene farra uirent.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ:

Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.

Vtq; leuis Proteus modò se tenuabat in undas,

Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper.

Hi iaculo pisces, illi capiuntur ab hamis,

Hoc caua contento retia fune trahunt.

Nec tibi conueniet cunctos modus unus ad annos,

Longius insidias curua uidebit anus.

Si doctus uideare rudi, petulans'ue pudenti,

Diffidet miseræ protinus illa sibi.

Inde fit, ut quæ se timuit committere honesto,

Uilis in amplexus inferioris eat.

Pars suberat coepti, pars est exhausta laboris.

Hic teneat nostras anchora iacta rates.

## P. OVIDII NASO-

NIS SVLMONENSIS

DE ARTE AMANDI

LIBER II.



Icite Iò Pæan, & Iò bis dicite Pæan:

Decidit in casses præda petita meos.

Lætus amans donet uiridi mea carmina  
palma.

Præferor Ascræo, Mæonioq; seni.

Talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis

Candida cum rapta coniuge uela dabat.

Talis erat, qui te curru uictore ferebat

Vecta peregrinis Hippodameia rotis.

Quid properas iuuenis? medijs tua pinus in undis

Nauigat, & longe, quem peto, portus abest.

Non satis inuenisse tibi est me uate puellam:

Arte mea capta est, arte tenenda mea est.

Nec minor est uirtus, quàm querere, parta tueri:

Casus inest illic, hic erit artis opus.

Nunc mihi, si quando, puer, & Cytherea fauete,

Nunc Erato : nam tu nomen amoris habes.  
 Magna paro, quas possit amor remanere per artes,  
 Dicere, tam uasto peruagus orbe puer.  
 Et leuis est, & habet geminas, quibus euolet, alas.  
 Difficile est illis imposuisse modum.  
 Hospitis effugio præcluserat omnia Minos:  
 Audacem pennis repperit ille uiam.  
 Dædalus ut clausit conceptum crimine matris  
 Semibouemq; uirum, semiuirumq; bouem,  
 Sit modus exilio, dixit, iustissime Minos:  
 Accipiat cineres terra paterna meos.  
 Et, quoniam in patria fatis agitatus iniquis  
 Viuere non potui, da mihi posse mori.  
 Da reditum puero, senis est si gratia uilis:  
 Si non uis puero parcere, parce seni.  
 Dixerat hæc, sed & hæc, & multo plura licebat  
 Dicere, at egressus non dabat ille uiro.  
 Quod simulacensit, nunc nunc o Dædale, dixit,  
 Materiam, qua sis ingeniosus, habes.  
 Possidet & terras, & possidet æquora Minos,  
 Nec tellus nostræ, nec patet unda fugæ.  
 Restat iter cæli, cælo tentabimus ire:  
 Da ueniam cepto Iuppiter alte meo.  
 Non ego sydereas affecto tangere sedes:  
 Qua fugiam dominum nulla, nisi ista uia est.  
 Per Styga detur iter, Stygias transibimus undas:  
 Sunt mihi nature iura nouanda meæ.  
 Ingenium mala sæpe mouent: quis crederet unquam  
 Aërias hominem carpere posse uias?  
 Remigium uolucrum disponit in ordine pennas,  
 Et leucæ per lini uincula necit opus.

Imag; pars ceris astringitur igne solutis.  
 Finitusq; nouæ iam labor artis erat.  
 Tractabat ceramq; puer, pennasq; renidens,  
 Nescius hæc humeris arma parata suis.  
 Cui pater his (inquit) patria est aduenda carinis,  
 Hac nobis Minos effugiendus ope est.  
 Aëra non potuit Minos, alia omnia clausit.  
 Quæ licet, inuentis aëra rumpere meis.  
 Sed tibi non uirgo Tegeæa, comesq; Bootes,  
 Ensisfer Orion aspiciendus erit.  
 Me pennis sectare datis, ego præuius ibo:  
 Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris.  
 Nam siue ætherias uicino sole per auras  
 Ibumus, impatiens cera caloribus erit.  
 Siue humiles propiore freto iactabimus alas,  
 Mobilis æquoreis penna madescet aquis.  
 Inter utrumque uola, uentos quoque nate caueto:  
 Quæq; ferent auræ, uela secunda dato.  
 Dum monet, aptat opus puero, monstratq; moueri,  
 Erudit infirmas ut sua mater aues.  
 Inde suis factas humeris accommodat alas,  
 Perq; nouum timidus corpora librat iter.  
 Iamq; uolaturus paruo dedit oscula nato:  
 Nec patriæ lacrymas continuere genæ.  
 Monte minor collis, campis erat altior æquis:  
 Hinc data sunt miseræ corpora bina fugæ.  
 Et mouet ipse suas, & nati respicit alas  
 Dædalus, & cursus sustinet usque suos.  
 Iamq; nouum delectat iter, postiq; timore  
 Icarus audaci fortius arte uolat.  
 Hos aliquis, tremula dum captat arundine pisces,

Vidit, & inceptum dextra reliquit opus.  
 Iam Samos à leua fuerat, Naxosq; relictae,  
 Et Paros, & Clario Delos amata deo.  
 \*Calydne Dextra Lebynthos erat, syluisq; umbrōsa \* Pachynne.  
 Cinctaq; piscosis Astypalea uadis.  
Cum puer incautis nimium temerarius annis  
 Altius egit iter, deseruitq; patrem.  
 Vincla labant, & cera Deo propiore liquescit:  
 Nec tenues uenti brachia mota tenent.  
 Territus à summo despexit in æquora coelo,  
 Nox oculis pauido uenit oborta metu.  
 Tabuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos:  
 Et trepidat, nec quo sustineatur, habet.  
 Decidit: atque cadens, pater ò pater auferor, inquit:  
 Clauserunt uirides ora loquentis aquæ.  
 At pater infelix, non iam pater, Icare clamat,  
 Icare clamat, ubi es: quoue sub axe uolas?  
 Icare clamabat, pennas aspexit in undis:  
 Ossa tegit tellus, æquora nomen habent.  
 Non potuit Minos hominis comperescere pennas,  
 Ipse Deum uolucrem detinuisse paro.  
 Fallitur, Aemonias si quis decurrit ad artes,  
 Datq; quod à teneri fronte reuellit equi.  
 Non facient, ut iuuat amor, Medicides herbæ,  
 Mixtaq; cum magicis Marsa uenena sonis.  
 Phasias Aesoniden, Circe tenuisset Vlysssem,  
 Si modò seruari carmine posset amor.  
 Nec data profuerint pallentia philtra puellis.  
Philtra nocent animis, uimq; furoris habent.  
 Sit procul omne nefas: ut ameris, amabilis esto:  
 Quod tibi non facies, solæue forma dabit.

Sit licet antiquo Nireus adamatus Homero,  
 Naidumq; tener crimine raptus Hylas.  
 Ut dominam teneas, nec te mirere relictum,  
 Ingenij dotes corporis adde bonis.  
Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos  
Fit minor, & spatio carpitur illa suo.  
 Nec semper uiolæ, nec semper lilia florent:  
 Et riget amissa spina relicta rosa.  
 Et tibi iam uenient cani formose capilli:  
 Iam uenient rugæ, quæ tibi corpus arent.  
 Iam molire animum, qui duret, & astrue formam:  
 Solus ad extremos permanet ille rogos.  
 Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes  
 Cura sit, & linguas edidicisse duas.  
Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses:  
 Et tamen æquoreas torsit amore Deas.  
 Ah quoties illum dohuit properare Calypso,  
 Remigioq; aptas esse negauit aquas.  
 Hæc Troiæ casus iterumq; iterumq; rogabat,  
 Ille referre aliter sæpe solebat idem.  
 Littore constiterant, illic quoque pulchra Calypsa  
 Exigit Odrysijs facta cruenta ducis.  
 Ille leui uirga (uirgam nam fortè tenebat)  
 Quod rogat, in spisso littore pingit opus.  
 Hic (inquit) Troia est (muros in littore fecit)  
 Hic tibi sit Simois, hæc mea castra puta.  
 Campus erat (campum fecit) quem cæde Dolonis  
 Spraximus, Aemonios dum uigil optat equos.  
 Illic Sithonij fuerant tentoria Rhæsi:  
 Hac ego sum captis nocte reuersus equis.  
 Pluraq; pingebat, subitus cum Pergama fluctus

Abstulit, & Rhœsi cum duce castra suo.  
 Tum Dea, quas, inquit, fidas tibi credis ituro,  
 Perdiderint undæ nomina quanta, uides?  
 Ergo age fallaci timidè confide figuræ  
 Quisquis es, atque aliquid corpore pluris habe.  
 Dexteræ præcipuè capit indulgentia mentes:  
 Asperitas odium, sæuâq; bella mouet.  
Odimus accipitrem, quia uiuit semper in armis,  
 Et pauidum solitos in pecus ire lupos.  
 At caret insidijs hominum, quia mitis hirundo est:  
 Quasq; colat turres Chaonis ales habet.  
Este procul lites, & amara prælia lingue:  
Dulcibus est uerbis mollis alendus amor.  
 Lite fugant nuptæq; uiros, nuptasq; mariti,  
 Inq; uicem credunt rem sibi semper agi.  
 Hoc decet uxores, dos est uxoria lites,  
 Audiat opatos semper amica sonos.  
 Non legis iussu lectum uenistis in unum:  
 Fungitur in uobis munere legis amor.  
 Blanditias molles, auresq; iuuantia uerba  
 Asser, ut aduentu læta sit ipsa tuo.  
 Non ego diuitibus uenio præceptor amandi:  
 Nil opus est illi, qui dabit, arte mea.  
 Secum habet ingenium, qui cum libet, accipe dicit:  
 Cedimus, inuentis plus habet ille meis.  
 Pauperibus uates ego sum, quia pauper amauit:  
Cum dare non possem munera, uerba dabam.  
 Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper:  
 Multaq; diuitibus non patiendâ ferat.  
 Me iratum meminî domiæ turbasse capillos,  
 Hæc mihi quàm multos abstulit ira dies?

Nec puto, nec sensi tunicam laniasse: sed ipsa  
 Dixerat, & pretio est illa redempta meo.  
 At uos (si sapitis) uestri peccata magistri  
 Effugite, & culpæ damna timete meæ.  
 Prælia cum Parthis, cum culta pax sit amica,  
 Et iocus, & causas quicquid amoris habet.  
 Si nec blanda satis, nec erit tibi comis amica,  
 Perfer, & obdura, post modò mitis erit.  
Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus:  
 Franges, si uires experiere tuas.  
 Obsequio tranantur aquæ: nec uincere possis  
 Flumina, si contrâ, quàm rapit unda, nates.  
 Obsequium tigresq; domat, tumidosq; leones,  
 Rustica paulatim taurus aratra subit.  
 Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?  
 Succubuit meritis trux tamen illa uiri.  
 Sæpe suos casus \*immitia facta puellæ  
 Fleffe sub arboribus Melaniona ferunt.  
 Sæpe tulit iusso fallentia retia collo,  
 Sæpe fera toruos cuspide fixit apros.  
 Sensit & Ilci contentum saucius arcum:  
 Sed tamen hoc arcu notior alter erat.  
 Non te Mænalias armatum scandere syluas,  
 Nec iubeo collo retia ferre tuo.  
 Corpora nec missis iubeo præbere sagittis,  
 Artis erunt cautæ mollia iussa meæ.  
 Cede repugnanti, cedendo uictor abibis,  
 Fac modò quas partes illa iubebit agas. /  
Arguet, arguito: quicquid probat illa, probato:  
Quod dicit, dicas: quod negat illa, neges.  
 Riserit, arride: si flerit, flere memento. /

\*nec mitia

Imponat leges uultibus illa tuis.  
 Seu ludet, numerosq; manu iactabit eburnos,  
 Tu malè iactato, tu bene iacta dato.  
 Seu iacies talos, uictam ne poena sequatur,  
 Damnosì facito stent tibi sæpe canes.  
 Siue latr' ocinij sub imagine calculus ibit,  
 Fac pereat uitreo miles ab hoste tuus.  
 Ipse te ne distincta tuis umbracula uirgis,  
 Ipse face in turba, quã uenit illa, locum.  
 Nec dubita tereti scamnum producere lecto,  
 Et tenero soleam deme, uel adde pedi.  
 Sæpe etiam dominæ, quamuis horrebis & ipse,  
 Argentis manus est calfacienda sinu.  
 Nec tibi turpe puta (quamuis sit turpe, placebit)  
 In genua speculum sustinuisse manu.  
 Ille fatigatæ uincendo monstra nouerçæ,  
 Qui meruit cœlum, quod prior ipse tulit,  
 Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas  
 Creditur, & lanas excoluisse rudes.  
 Paruit imperio dominæ Tiryntius heros:  
 I nunc, & dubita ferre, quod ipse tulit.  
 Iussus adesse foro, iussa maturius hora  
 Fac semper uenias, nec nisi serus abi.  
 Occurras aliquò tibi dixerit, omnia differ,  
 Curre, nec inceptum turba moretur iter.  
 Nocte domum repetens epulis perfuncta redibit,  
 Tunc quoque pro seruo, si uocat illa, ueni.  
 Rure erit, & dicet uenias (amor odit inertes)  
 Si rota defuerit, tu pede carpe uiam.  
 Nec graue te tempus, sitiens uel canicula tardet,  
 Nec uia per iactas candida facta niues.

Militiæ species amor est: discedite segnes,  
Non sunt hæc timidis signa tuenda uiris.  
 Nox, & hyems, longæq; uia, seuiq; labores  
 Mollibus his castris, & \*dolor omnis adest.  
 Sæpe feres hymbrem cœlesti nube solutum,  
 Frigidus in nuda sæpe iacebis humo.  
 Cynthius Admeti uaccas pauisse per æstus  
 Fertur, & in parua delituisse casa.  
 Quod Phœbum decuit, quem non decet? exue fastus,  
 Curam mansuri quisquis amoris habes.  
 Si tibi per tutum, placitumq; negabitur ire,  
 Atque erit opposita Ianua sulta sera:  
 At tu per præcepto tecto delabere aperto,  
 Det quoque furtiuas alta fenestra uias.  
 Leta erit, ut causam tibi se sciet esse pericli,  
 Hoc dominæ certi pignus amoris erit.  
 Sæpe tua poteras Leandre carere puella,  
 Tranabas, animum nosset ut illa tuum.  
 Nec pudor ancillas, ut quæque erit ordine prima,  
 Nec tibi sit seruos demeruisse pudor.  
 Nomine quenque suo (nulla est iactura) saluta,  
 Iunge tuis humiles ambitiose \*manus.  
 Sed tamen & seruo (leuis est impensa) roganti  
 Porrige fortunæ munera parua tuæ.  
 Porrige & ancillæ, quæ poenas luce pependit  
 Lusa maritali gallica ueste manus.  
 Fac plebem (mihi crede) tuam, sit semper in illa  
 Ianitor, & thalamu qui iacet ante fores.  
 Nec dominam iubeo pretioso munere dones:  
 Parua, sed è paruis callidus apta, dato.  
 Dum bene diues ager, dum rami pondere nutant,

\*dolores  
 \*labor

\*preces

Afferat in calatho rustica dona puer.  
 Rure suburbano poteris tibi dicere missa,  
 Illa tibi in sacra sint licet empta uia.  
 Afferat aut uuas, aut quas Amaryllis amabat,  
 Et nunc castaneas, nunc amat illa nuces.  
 Quin etiam turdoq; licet, missaq; corona,  
 Te memorem dominæ testificere tuæ.  
 Turpiter his emitur spes mortis, & orba senectus:  
 Ah pereant, per quos munera crimen habent.  
 Quid tibi præcipiam teneros quoque mittere uersus?  
 Hei mihi non multum carmen honoris habet.  
 Carmina laudantur, sed munera magna petuntur,  
Dum modò sit diues bar barus ille placet.  
 Aurea sunt uere nunc secula, plurimus auro  
 Venit honos, auro conciliatur amor.  
Ipsè licet uenias Musis comitatus Homere,  
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.  
 Sunt tamen & doctæ rarissima turba puellæ,  
 \*sed tamen Altera non doctæ \*turba, sed esse uolunt.  
 Vtraque laudetur per carmina, carmina lectoꝝ  
 Commendet dulci qualiacunque sono.  
 His ergo, aut illis, uigilatum carmen in ipsas  
 Forsitan exigui muneris instar erit.  
 At, quod eris per te facturus, & utile credis,  
 Id tua te facito semper amica roget.  
 Libertas alicui fuerit promissa tuorum,  
 Hanc tamen à domina fac petat ille tua.  
 Si pœnam seruo, si uincula seua remittis,  
 Quod facturus eras, debeat illa tibi.  
 Vtilitas tua sit, titulus donetur amicæ:  
 Perde nihil, partes illa petentis agat.

Sed tu, cuiuscunque est retinendæ cura puellæ,  
 Attonitum forma fac putet esse sua.  
 Siue erit in Tyrijs, Tyrios Laudabis amictus,  
 Siue erit in Cois, Coi decere puta.  
 Aurata est, ipso tibi sit pretiosior auro:  
 Gausapa si sumit, gausapa sumpta proba.  
 Astiterit tunicata, moues incendia, clama,  
 Sed timida caueat frigora uoce roga.  
 Compositum discrimen erit, discrimina lauda:  
 Torserit igne comam, torte capille places.  
 Brachia saltantis, uocem mirare canentis,  
 Et cum deserit, uerba querentis habe.  
 Ipsos concubitus, ipsum uenerere licebit,  
 Quod iuuet, & \* quædam gaudia uocis habe.  
 Si fuerit torua uiolentior ipsa Medusa,  
 Fiet amatori lenis, & æqua suo.  
 Tantum ne pateas uerbis simulator in illis  
 Effice, nec uultu destrue uerba tuo.  
 Si latet ars, prodest: affert de prensa pudorem,  
 Atque adimit merito tempus in omne fidem.  
 Sæpe sub autumnum, cum formosissimus annus,  
 Plenaq; purpureo subrubet uua mero?  
 Cum modò frigoribus premimur, modò solui mur æstu,  
 Aère non certo corpora languor habet.  
 Illa quidem ualeat: sed si malè firma cubabit,  
 Et uitium coeli senserit ægra sui,  
 Tunc amor, & pietas tua sit manifesta puellæ,  
 Tunc sere, quæ plena postmodò falce metas.  
 Nec tibi morosi ueniant fastidia morbi:  
 Perq; tuas fiant, quæ sinit illa, manus.  
 Et uideat flentem, nec tædeat oscula ferre,

\*querulagan  
 dia uoce no-  
 tes

Et siccolacrymas combibat ore tuas.  
 Multa uoue, sed cuncta palam: quotiesq; licebit,  
 Quæ referas illi somnia læta uide.  
 Et ueniat, quæ lustret anus lectumq; locumq;  
 Præferat & tremula sulfur, & oua manu.  
 Omnibus his inerunt gratæ uestigia curæ:  
 In thalamos multis hæc uia fecit iter.  
 Ne tamen officijs odium quærat ab ægra,  
 Sit tuus in blanda sedulitate modus.  
 Nêue cibos præbe, nec amari pocula succi  
 Porrigere iualis misceat illa tuus.  
 Sed non quo dederas à littore carbasa, uento  
 Utendum, medio cum potiare freto.  
Dum nouus errat amor, uires sibi colligit usu:  
Si bene nutrieris, tempore firmus erit.  
 Quem taurum metuis, uitulum mulcere solebas,  
 Sub qua nunc recubas arbore, uirga fuit.  
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,  
 Quaq; uenit, multas accipit annis aquas.  
 Fac tibi consuescat: nihil assuetudine maus,  
 Quam tu dum capias, tædia nulla fuge.  
 Te semper uideat, tibi semper præbeat aures,  
 Exhibeat uultus noxq; diesq; tuos.  
 Cum tibi maior erit fiducia posse requiri,  
 Tunc procul absenti cura futurus eris.  
 Da requiem: quietus ager bene credita reddit:  
 Terraq; cœlestes arida sorbet aquas.  
 Phyllida Demophoon præsens moderantius ussit,  
 Exarsit uelis acrius illa datis.  
 Penelopen absens solers torquebat Ulysses,  
 Phyllacides aberat Laodameia tuus.

Sed mora tuta breuis: lentescunt tempore curæ,  
 Vanescitq; absens, & nouus intrat amor.  
 Dum Menelaus abest, Helene, ne sola iaceret,  
 Hospitis est tepido nocte recepta sinu.  
 Quis stupor hic Menelaë fuit: tu solus abibas,  
 Iisdem sub tectis hospes, & uxor erant.  
 Accipitri timidus credis furiose columbas,  
 Plenum montano credis ouile lupo.  
 Nil Helene peccat, nil hic committit adulter:  
 Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.  
 Cogis adulterium, dando tempusq; locumq;:  
 Quo, nisi consilio est usa puella tuo?  
 Quid faciat? uir abest, & adest non rusticus hospes,  
 Et timet in uacuo sola cubare toro.  
 Viderit Atrides, Helenen ego crimine soluo,  
 Vsa est humani commoditate uiri.  
 Sed neque filius aper media tam seuius in ira est,  
 Fulmineo rapidos dum rotat ore canes:  
 Nec lea, cum catulis lactentibus ubera præbet,  
 Nec breuis ignaro uiperæ lesa pede,  
 Fœmina quam socij deprensa pellice lecti  
 Ardet, & in uultu pignora mentis habet.  
 In ferrum, flammâsq; ruit, positoq; decore  
 Fertur, ut Aonij cornibus icta Dei.  
 Coniugis admissum, uiolataq; iura mariti,  
 Barbara per natos Phasias ulta suos.  
 Altera dira parens hæc est, quam cernis, hirundo,  
 Aspice, signatum sanguine pectus habet.  
 Hoc bene compositos, & firmos rumpit amores:  
 Crimina sunt cautis ista timenda uiris.  
 Nec mea uos uni donat censura puellæ,



Dij melius, uix hoc nupta tenere potest.

Ludite, sed furto celetur culpa modesto:

Gloria peccati nulla petenda tui est.

Nec dederis munus, cognosse quod altera possit:

Et sint nequitia tempora certa tuae.

Et ne te capiat latebris sibi foemina notis,

\*semper Non uno est \* omnis conuenienda loco.

Et quoties scribis, totas prius ipse tabellas

Inspice: plus multae, quam sibi missa, legunt.

Laesa Venus iusta arma mouet, telumq; remittit:

Et modo quod quaesita est, ipse querare facit.

Dum fuit Atrides una contentus, & illa

Castra fuit, uitio, est improba facta uiri.

Audierat laurumq; manu, uittasq; ferentem

Pro nata Chrysen non ualuisse sua.

Audierat Lyrnesi tuos abducta dolores,

Bellaq; per turpes longius isse moras.

Nec tantum audierat, Priamocida uiderat ipsa,

Victor erat praedae, praeda pudenda suae.

Inde Thyestiaden animo, thalamoq; recepit,

Et male peccantem Tyndaris ultra uirum est.

Quae bene celaris, si qua tamen acta patebunt,

Illam licet pateant, tu tamen usque nega.

Tu neque subiectus, solito neque blandior esto:

Hec animi multum signa nocentes habent.

Sed lateri nec parce tuo, pax omnis in illo est,

Concubita prior est inficianda Venus.

Sunt, qui precipiant herbas Saturea nocentes

Sumere: iudicij ista uenena meis.

Aut piper urticae mordacis semine miscent,

Tritaq; in annosa flaua pyretra mero.

Sed

sed Dea non patitur sic ad sua munera cogi,

Colle sub umbroso quam tenet altus Eryx.

Candidus Alcathoe qui mittitur urbe Pelasga

Bulbus, & ex horto quae uenit herba salax,

Quasq; sumantur, \* nec non humentia mella,

Quasq; tulit folio pinus acuta nuces.

Docta quid ad magicas Erato diuiteris artes?

Interior curru meta \* tenenda meo est.

Qui modo celabas monitu tua crimina nostro,

Flecte iter, & monitu detege furta meo.

Nec leuitas mea culpanda est, nec semper eodem

Impositos uento panda carina uenit.

Nam modo Threicio Borea, modo currimus Euro,

Saepe tument Zephyro lintea, saepe Notu.

Aspice ut in curru modo det fluitantia rector

Lora, modo admissos arte retentet equos.

Sunt quibus ingrata timida indulgentia seruit,

Et si nulla subest emula, languet amor.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis:

Nec facile est equa commoda mente pati.

Vi leuis absumptis paulatim uiribus ignis

Ipsae latet, summo candet in igne cinis,

Sed tamen extinctas admoto sulfure flammis

Inuenit, & lumen quod fuit ante, redit:

Sic, ubi pigra situ, securaq; pectora torpent,

Acrius est stimulis eliciendus amor.

Fac timeat de te, tepidamq; recalsce mentem,

Palleat indicio criminis illa tui.

O quantum, & quoties numero comprehendere non est

Felicem, de quo laesa puella dolet.

Quae simul inuitas erimen peruenit ad aures,

Excid

\*sumantur  
Hymettia

\*terenda

Excidit, & miseræ uoxq; colorq; fugit.

Ille ego sim, cuius laniet furiosa capillos,

Ille ego sim, teneras cui petat ungue genas.

Quem uideat lacrymans, quem toruis spectet ocellis,

Quo sine non possit uti cre, posse uelit.

Si spatium quæras, breue sit, quo læsa queratur,

Ne uires lenta colligat ira mora.

Candida iandudum cingantur colla lacertis,

Inq; tuo flens est accipienda sinu.

Oscula dà flenti, Veneris dà gaudia flenti:

Pax erit, hoc uno soluitur ira modo.

Cum bene sæuerit, cum certa uidebitur hostis,

Tunc pete concubitus fœdera: mitis erit.

Illic depositis habitat concordia telis:

Illo (crede mihi) gratia nata loco est.

Quæ modò pugnarunt, iungunt sua rostra columbæ,

Quarum blanditias, uerbaq; murmur habet.

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles:

Vnaq; erat faciès, sidera, terra, fretum.

Mox cælum impositum est terris, humus æquore cincta est,

Inq; suas partes cecit inane Chaos.

Sylua feras, \*aër uolucres accepit habendas:

In liquida pisces delituitis aqua.

Tum genus humanum solis errabat in agris:

Hisq; meræ uires, & rude corpus erat.

Sylua domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes:

Iamq; diu nulli cognitus alter erat.

Blanda truces animos fertur moluisse uoluptas,

Constiterant uno fœmina, uirq; toro.

Quid facerent, ipsi nullo didicere magistro:

Arte Venus nulla dulce peregit opus.

\*cepit uolucres agitabilis aër

Alic

Ales habet, quod amet, cum quo sua gaudia iungat:

Inuenit in media fœmina piscis aqua.

Cerua parem sequitur, serpens serpente tenetur,

Hæret adulterio cum cane nexa canis.

Læta salitur ouis, tauro quoque læta iuuenca est:

Sustinet immundum sima capella marem.

In furias agitantur equæ spatioq; remota

Per loca diuiduos amne sequuntur equos.

Ergo agè, & iratæ medicamina fortia præbe:

Ille feri requiem sola doloris habent.

Illa Machaonios superant medicamina succos:

His, ubi peccaris, restituendus eris.

Hæc ego cum canerem, subito manifestus Apollo

Mouit inauratæ pollice fila Lyrae.

In manibus laurus, sacris inducta capillis

Laurus erat, uates ille uidendus adest.

Is mihi lasciui, dixit, præceptor amoris,

Duc agè discipulos ad mea templa tuos.

Est tibi diuersum fama celebrata per orbem

Littera cognosci quæ sibi quæque iubet.

Qui sibi notus erit, solus sapienter amabit,

Atque opus ad uires exiget omne suas.

Cui facièm natura dedit, spectetur ab illa:

Cui color est, humero sæpe patente cubet.

Qui sermone placet, taciturna silentia uitet.

Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat.

Sed neque declament medio sermone deserti,

Nec sua uesanus scripta poëta legat.

Sic monuit Phœbus, Phœbo parete monenti:

Certa Dei sacro est huius in ore fides.

Ad propiora uocor: quisquis sapienter amabit,

Vincet

Vincet, & è nostra, quod petet, arte feret.  
 Credita non semper sulci cum sœnore reddunt,  
 Nec semper dubias adiuvat aura rates.  
 Quod iuuat, exiguum est: plus est, quod lædit amantes:  
 Proponant animo multa ferenda suo.  
 Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla,  
 Cerula quot baccas Pallados arbor habet,  
Littore quot conche, tot sunt in amore dolores:

Quæ patimur multo spicula felle madent.  
 Dicta crit isse foras, cum tu fortasse uidebis:  
 Isse foras, & te falsa uidere, puta.

\*ponere Clausa tibi fuerit promissa ianua nocte,  
 Perfer, & immunda \*ponito corpus humo.

Forsitan & uultu mendax ancilla superbo

Dicet, quid nostras obsidet iste fores?

\*supplex Posibus, & duræ \*precibus blandire puellæ,  
 Et capiti demptas limine pone rosas.

Cum uolet, accedes, cum te uitabit, abibis:

Decedet ingenuos tædia ferre sui.

Effugere hinc non est, quare tibi possit amica

Dicere, non omni tempore sensus abest.

Nec maledicta puta, nec uerbera ferre puellæ

Turpe, nec ad teneros oscula ferre pedes.

Quid moror in paruis? animus maioribus instat.

Magna canam, toto pectore uulgus ades.

\*uirtus Ardua molimur, sed nulla, nisi ardua \*uincunt.

Difficilis nostra poscitur arte labor.

Riualem patienter habe, uictoria tecum

Stabit, eris magni uictor in arce Iouis.

Hæc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas

Dicere: nil istis ars mea maius habet.

Innuet

Innuet illa, feras: scribet, ne tange tabellas:

Vnde libet, ueniat: quoq; libebit, eat.

Hæc in legitima præstant uxore mariti,

Cum tener ad partes tu quoque somne uenis.

Hæc ego confiteor non sum perfectus in arte.

Quid faciam? monitis sum minor ipse meis.

Mène palam nostræ det quisquam signa puellæ?

Et patiar, ne me quolibet ira ferat?

Oscula uir dederat (memini) suus, oscula questus

Sum data, barbaric noster abundat amor.

Non semel hoc uitium nocuit mihi: doctior ille est,

Quo ueniunt alij conciliante uiri.

Sed melius nescisse fuit, sine furta tegantur,

Nec fugiat uicto \*falsus ab ore pudor.

Quo magis ô iuuenes deprendere parcite uestras:

Peccent, peccantes uerba dedisse putent.

Crescit amor prensis: ubi par fortuna duorum est,

In causam damni perstat uterque sui.

Fabula narratur toto notissima cœlo

Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.

Mars pater insano Veneris turbatus amore,

De duce terribili factus amator erat.

Nec Venus oranti (nec enim Dea mollior ulla est)

Rustica Gradino, difficilisq; fuit.

Ab quoties lasciua \*pedes risisse mariti

Dicitur, & duras igne, uel arte manus.

Marte palam simul & Vulcanum imitata decebat,

Multaq; cum forma gratia mixta fuit.

Sed bene concubitus primò celare solabant.

Plena uerecundi culpa pudoris erat.

Indicio Solis (quis Solem fallere posset?)

Cogn

\*falsus

\*pedum

Cognita Vulcano coniugis acta sua.

Quam mala Sol exempla moues, pete munus ab ipsa,

Et tibi, si taceas, quod dare possit, habet.

Mulciber obscuros, lectum circaq; superq;

Disponit laqueos, lumina fallit opus.

Fingit iter Lemnon, ueniunt ad foedus amantes:

Impliciti laqueis nudus uterque iacent.

Conuocat ille Deos, praebent spectacula capti:

Vix lacrymas Venerem continuisse putant.

Non uultus texisse suos, non denique possunt

Partibus obscenis opposuisse manus.

Hic aliquis ridens, in me fortissime Mauors,

Si tibi sunt oneri, iungula transfer, ait.

Vix precibus Neptune tuis captiua resoluit

Corpora, Mars Creten occupat, illa Paphon.

Hoc tibi profecit Vulcane, quod ante tegebant,

Liberius faciunt, & pudor omnis abest.

Saepe tamen demens stulte fecisse fateris,

Teq; ferunt irae poenituisse tuae.

Hæc uctui, uos ecce uetat deprensa Dione

Insidias illas, quas tulit ipsa, dare.

Nec uos riuali laqueos disponite, nec uos

Excipite arcana uerba notata manu.

\*putabant Ista uiri captent, si iam camptanda \* probabunt,

Quos faciet iustos ignis, & unda uiros.

En iterum testor, nihil hic, nisi lege remissum,

Luditur in nostris instita nulla iocis.

Quis Cereris ritus audet uulgare profanus?

Magnaq; Threïcia sacra reperta Samo?

Eximia est uirtus praestare silentia rebus:

At contra grauis est culpa, tacenda loqui.

Quam

Quam bene, quod frustra captatis arbore pomis

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Præcipue Cytherea iubet sua sacra taceri,

Admoneo, ueniat nequis ad illa loquax.

Condita si non sunt Veneris mysteria cistis,

Nec caua uesanis ictibus æra sonant:

Attamen inter nos medio uersatur in usu,

Sed sic inter nos, ut latuisse uelint.

Ipsa Venus pubem, quoties uelamina ponit,

Protegitur leua semireducta manu.

In medio passimq; coit pecus: hoc quoque uiso

Auertit uultus saepe puella suos.

Conueniunt thalami furtis, & ianua nostris,

Parsq; sub iniecta ueste pudenda latet.

Et si non tenebras, aut quiddam nubis opacæ

Querimus, est aliquid luce patente munus.

Tum quoque cum solem nondum prohibebat, & hymbrem

Tegula, sed quercus tecta, cibumq; dabat:

In nemore, atque antris, non sub Ioue iuncta uoluptas,

Tanta rudi populo cura pudoris erat.

At nunc nocturnis titulos imponimus actis,

Atque emitur magno nil nisi posse loqui.

Scilicet excuties omnes, ubi quæque puella est,

Cuilibet ut dicas, hæc quoque nostra fuit.

Nec desunt, quas tu digitis ostendere possis:

Nec quanquam attigerit, fabula turpis erit.

Parua queror: fingunt quædam, quæ uera negarent:

Et nulli non se concubuisse ferunt.

Corpore si nequeunt, quod possunt nomine tangunt,

Famaq; non factò crimine, crimen habet.

Innunc, claude fores custos odiose puellæ:

ss

Et

Et centum duris postibus adde seras.  
 Quid tuti superest, ubi nominis extat adulter?  
 Et credi, quod non contigit esse, cupit?  
 Nos etiam ueros parce profitemur amores,  
 Tectaq; sint solida mystica furta fide.  
 Parcite præterea uitia exprobrare puellis,  
 Vitale quæ multis dissimulasse fuit.  
 Nec suus Andromedæ color est obiectus ab illo,  
 Mobilis in gemino cui pede penna fuit.  
 Omnibus Andromache uisa est spatiosior æquo:  
 Vnus qui modicam diceret, Hector erat.  
 Quod malè feres, assuesce, feres bene: multa uetustas  
 Lenit, at incipiens omnia sentit amor.  
 Dum nouus in uiridi coalescit cortice ramus,  
 Concutiat tenerum quælibet aura, cadet.  
 Mox etiam uentis spatio durata resistit,  
 Firmaq; adoptiuas arbor habebit opes.  
 Eximit ipsa dies omneis de corpore mendas,  
 Quodq; fuit uitium, desinit esse mora.  
 Ferre nouæ nares taurorum terga recusant,  
 Assidue domitas tempore fallit odor.  
 Nominibus mollire licet mala, fasca uocetur,  
 Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit.  
 Si præta est, Veneri similis: si flaua, Mineruæ:  
 Sit gracilis, macie quæ malè uisa sui est.  
 Dic agilem, quæcunque breuis: quæ turgida, plenam:  
 Et lateat uitium proximitate boni.  
 Nec quotus annus cat, nec quo sit nata require  
 \*munia Consule, quæ rigidus \*munera censor habet.  
 Præcipue si flore caret, meliusq; peractum est  
 Tempus, & albentes iam ligat illa comas.

Villis ò iuuenes, aut hæc, aut serior ætas:  
 Iste feret segetes, iste serendus ager.  
 Dum uires, anniq; finiunt, tolerate labores:  
 Iam ueniet tacite curua senectæ pede.  
 Aut mare nauigijs, aut uomere scindite terram,  
 Aut fera belligeras addite in arma manus.  
 Aut latus, & uires, operamq; afferte puellis:  
 Hæc quoque milita est, hæc quoque fecit opes.  
 Adde quòd est illis operum prudentia maior,  
 Solus & artifices qui facit, usus adest.  
 Ille munditijs annorum damna rependunt,  
 Et faciunt cura, ne uideantur anus.  
 Vtq; uelis, Venerem iungunt per mille figuras:  
 Inuenit plures nulla tabella modos.  
 Illis sentitur non irritata uoluptas,  
 Quod iuuat, ex æquo scemina, uirq; ferunt.  
 Odi concubitus, qui non utrinque resoluunt,  
 Hoc est cur pueri tangar amore minus.  
 Odi quæ præbet, quia sit præbere necesse,  
 Sicq; de lana cogitat ipsa sua.  
 Quæ datur officio, non est mihi grata uoluptas:  
 Officium faciat nulla puella mihi.  
 Me uoces audire iuuat sua gaudia fassas,  
 Vtq; morer memè, sustineamq; roget.  
 Aspiciam dominæ uictos amentis ocellos,  
 Langueat, & tangi se uetet illa diu.  
 Hæc bona non primæ tribuit natura iuuentæ,  
 Quæ cito post septem lustra uenire solent.  
 Qui properant, noua mista bibant: mihi fundat auitum  
 Consulibus præscis condita testa merum.  
 Nec platanus, nisi sera, potest obfistere uentis:

Et la dunt nudos prata nouella pedes.  
 Scilicet Hermionem Helenæ præponere posses?  
 Et melior Gorge, quam sua mater erat?  
 Ad Venerem quicumque uoles attingere seram,  
 Si modò duraris, præmia digna feres.  
 Conscijs ecce duos accepit lectus amantes:  
 Ad thalami clausas musa refiste fores.  
 Sponte sua sine te celeberrima uerba loquentur:  
 Nec manus in lecto leua iacebit iners.  
 Inuenient digiti, quid agant in partibus illis,  
 In quibus occulte spicula tingit amor.  
 Fecit in Andromachen prius hoc fortissimus Hector,  
 Non solum bellis utilis ille fuit.  
 Fecit & in capta Lyrneside magnus Achilles,  
 \*lassus Cum premeret mollem lapsus ab hoste torum.  
 Illis te manibus tangi Brisei sinebas,  
 Imbutæ Phrygia quæ nece semper erant.  
 An fuit hoc in sum, quod te lasciua iuuaret?  
 Ad tua uictrices membra uenire manus?  
 Crede mihi Veneris non est properanda uoluptas,  
 Sed sensim tarda perficienda mora.  
 Cum loca reppereris, quæ tangi foemina gaudet,  
 Non obstet, tangas quo minus illa, pudor.  
 Aspicias oculos tremulo fulgore micantes,  
 Ut sol in liquida sepe refulget aqua.  
 Accedant questus, accedat amabile murmur,  
 Et dulces gemitus, aptaq; uerba ioco.  
 Sed neque tu dominam uelis maioribus usus  
 Desine, nec cur sus anteeat illa tuos.  
 Ad metam properate simul, tunc plena uoluptas,  
 Cum pariter uicti foemina uirq; iacent.

Hic

Hic tibi seruandus tenor est, cum libera dantur  
 Ocia, furtiuum nec timor urget opus.  
 Cum mora non tuta est, totis incumbere remis  
 Vtile, & admissio subdere calcar equo.  
 Finis adest operi, palmam date grata iuuentus,  
 Sertaq; odoratæ myrtea ferte comæ.  
 Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,  
 Aeacides dextra, pectore Nestor, erat.  
 Quantus erat Calchas extis, Talamonius armis,  
 Automedon curru, tantus amator ego.  
 Me uatem celebrate uiri, mihi dicite laudes,  
 Cantetur toto nomen in orbe meum.  
 Arma dedi uobis, dederat Vulcanus Achilli:  
 Vincite muneribus, uincit ut ille, datis.  
 Sed quicumque meo superarit Amazona ferro,  
 Inscribat spolijs: Naso magister erat.  
 Ecce rogant teneræ, sibi dem præcepta, puellæ:  
 Vos eritis chartæ proximæ cura meæ.

P. OVIDII NASO-  
 NIS SVLMONENSIS  
 DE ARTE AMANDI  
 LIBER III.



RIMA dedi Danaïs in Amazonas ar-  
 ma, supersunt  
 Quæ tibi dem, & turbæ Pêthesilea tuæ.  
 Ite in bella pares: uincant, quibus alma  
 Dione

Fauerit, & toto qui uolat orbe puer.  
 Non erat armatis æquum concurrere nudas,

Sic etiam uobis uincere turpe uiri.  
 Dixit è multis aliquis, cur uirus in angues  
 Adijcis? & rapidae tradis ouile lupae?  
 Parcite paucarum diffundere crimen in omneis,  
 Spectetur meritis quaeque puella suis.  
 Si minor Atrides Helenen, Helenesq; sororem  
 Quo premat Atrides crimine maior habet:  
 Si scelere Oeclydes Taloniae Eriphyles  
 Viuus, & in uiuis ad Styga uenit aquis:  
Est pia Penelope lustris errante duobus,  
 Et totidem lustris bella gerente uiro,  
 Respice Phyllaciden, & quae comes isse marito  
 Fertur, & ante annos occubuisse suos.  
 Fata Pheretiadae coniux Pagasaea redemit,  
 Proq; uiri est uxor funere lata sui.  
 Accipe me Capaneu, cineres miscebimus, inquit  
 Iphias, in medios desiluitq; rogos.  
 Ipsa quoque & cultu est, & nomine foemina uirtus:  
 Nec mirum, populo si placet ipsa suo.  
 Non tamen haec mentes nostra poscuntur ab arte,  
 Conueniunt cymba uela minora meae.  
 Nil, nisi lasciu per me discuntur amores,  
 Foemina praecipio quo sit amanda modo.  
 Foemina nec flammis, nec seuos excutit arcus:  
 Parcius haec uideo tela nocere uiris.  
 Saepe uiri fallunt, tenerae non saepe puellae:  
Paucaq; si queras, crimina fraudis habent.  
 Phasiadem matrem fallax dimisit Iason,  
 Venit in Aesomos altera nupta finus.  
 Quantum ad te Theseu uolucres Ariadne marinas  
 Paruit, in ignoto sola relicta loco.

Quere nouem cur isse uices dicatur, & audi  
 Depositis syluas Phyllida fesse comis.  
 Et famam pietatis habet, tamen hospes & enssem  
 Praebuit, & causam mortis Elisa tuae.  
 Quid uos perdidit, dicam: nescistis amare,  
 Desuit ars uobis, arte perennat amor.  
 Nunc quoque nescirent: sed me Cytherea docere  
 Iussit, & ante oculos constitit ipsa meos.  
 Tum mihi, quid miseræ dixit meruere puellae?  
 Traditur armatis uulgus inermis uiris.  
 Illos artifices gemini fecere libelli,  
 Haec quoque pars monitis erudienda tuis.  
 Probra Therapnae qui dixerat ante maritæ,  
 Mox cecinit laudes prospere lyra.  
 Si bene te nosti, cultas ne lade puellas,  
 Gratia, dum uiuis, ista petenda tibi est.  
 Dixit & è myrto (myrto nam uincta capillos  
 Constiterat) folium, granaq; pauca dedit.  
 Sensimus acceptum numen quoque: purior aether  
 Fulsit, & è toto pectore cessit onus.  
 Dum fauet ingenium, petite hinc praeccepta puellæ,  
 Quas pudor, & leges, & sua iura sinunt.  
 Venturae memores iam nunc estote senectæ,  
 Sic nullum uobis tempus abibit iners.  
 Dum licet, & ueros etiam nunc editis annos,  
 Ludite: eunt anni more fluentis aquae.  
 Nec quae praeterijt, rursum reuocabitur unda,  
 Nec quae praeterijt hora, redire potest.  
Vtendum est etate, cito pede labitur etas:  
 Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.  
 Hos ego, qui canent frutices, uiolaria uidi:

Hac mihi de spina grata corona data est.  
 Tempus erit, quo tu, quæ nunc excludis amantes,  
 Frigida deserta nocte iacebis anus.  
 Nec tua frangetur nocturna ianua rixa,  
 Sparsa nec inuenies limina manè rosa.  
 Quam citò (me miserum) laxantur corpora rugis,  
 Et perit in nitido qui fuit ore color.  
 Quasq; fuisse tibi canas a uirgine iuras,  
 Spargentur subito per caput omne comæ.  
 Anguibus exiit tenui cum pelle uetustas:  
 Nec faciunt ceruos cornua iacta fenes.  
 Vestra sine auxilio fugiunt bona, carpite florem,  
 Qui nisi captus erit, turpiter ipse cadet.  
 Adde, quòd & partus faciunt breuiora iuuentæ  
 Tempora: continua messe senescit ager.  
 Latmius Endymion non est tibi luna rubori,  
 Nec Cephæus rosæ præda pudenda deæ.  
 Vt taceam de te, quem nunc quoque luget, Adoni,  
 Vnde habet Aeneas, \* Hermionemq; Venus?  
 \* Harmoniamq; Ite per exemplum genus ò mortale dearum,  
 Gaudia nec cupidis uestra negate uiris.  
 Vt iam decipiant, quid perditis: omnia constant,  
 Mille licet sumant, deperit inde nihil.  
 Conteritur ferrum, silices tenuantur ab usu:  
 Sufficit, & damni pars caret illa metu.  
 Quid uetet appposito lumen de lumine sumi?  
 Quisue cauum uastas in mare seruet aquas?  
 Et tamen ulla uiro mulier non expedit (inquit)  
 Quid, nisi quam sumis, dic mihi perdis aquam?  
 Nec uos prostituit mea uox, sed uana timere

DAMIA

Damna uetat, damnis munera uestra carent.  
 Sed me flaminibus uenti maioris iturum,  
 Dum sumus in portu, prouehat aura leuis.  
 Ordiar à cultu, cultis bene Liber ab uuis  
 Prouenit, & culto stat seges alta solo.  
 Forma Dei munus, forma quota quæque superbit?  
 Pars uestrum tali muncere magna caret.  
 Cura dabit faciem, facies neglecta peribit,  
 Idaliæ similis sit licet illa deæ.  
 Corpora si ueteres non sic coluere puellæ,  
 Nec ueteres cultus sic habuere uiri.  
 Si fuit Andromache tunicas induta ualentes,  
 Quid mirum duri militis uxor erat.  
 Scilicet Aiaci coniux ornata ueniret,  
 Cui tegmen septem terga fuere bouum.  
 Simplicitas rudis ante fuit, nunc aurea Roma est,  
 Et magnas domiti possidet orbis opes.  
 Aspice, quæ nunc sunt Capitolia, quæq; fuerunt:  
 Alterius dices illa fuisse Iouis.  
 Curia consilij nunc est dignissima tanti:  
 De stipula Tatio regna tenente fuit.  
 Quæ nunc sub Phœbo, ducibusq; palatia fulgent,  
 Quid nisi araturis pascua bubus erant?  
 Prisca iuuent alios: ego me nunc denique natum  
 Gratulor: hæc ætas moribus apta meis.  
 Non quia nunc terræ lentum subducitur aurum,  
 Lectaq; diuerso littore concha uenit:  
 Nec, quia decrescunt effosso marmore montes,  
 Nec, quia cærulæ mole fugantur aquæ:  
 Sed quia cultus adest, nec nostros mansit in annos  
 Rusticitas priscis illa superstes auis.

SS S

Vos



Vos quoque non caris aures onerate lapillis,  
 Quos legit in uiridi decolor Indus aqua.  
 Nec prodite graues insuto uestibus auro:  
 Per quas nos petitis, sepe fugatis, opes.  
 Munditijs capimur: nec sint sine lege capilli,  
 Ad motæ formam dantiq; negantq; manus.  
 Nec genus ornatus unum est: quod quanque decebit  
 Eligat, & speculum consulat ante suum.  
 Longa probat facies capitis discrimina puri:  
 Sic erat ornatis Laodameia comis.  
 Exiguum summa nodum sibi fronte relinquit,  
 Vt pateant aures, ora rotunda uolunt.  
 Alterius crines humero iacentur utroque:  
 Talis es assumpta Phœbe canore lyra.  
 Altera succinctæ religetur more Dianæ,  
 Vt solet, attonitas cum petit illa feras.  
 Hanc decet inflatos laxæ iccisse capillos:  
 Illa sit astrictis impedienda comis.  
 Hanc decet ornari testudine Cyllenea:  
 Sustineat similes fluctibus illa sinus.  
 Sed neque ramosa numerabis in ilice frondes,  
 Nec quot apes Hyblæ, nec quot in Alpe feræ.  
 Nec mihi tot cultus numero comprehendere fas est:  
 Adijcit ornatus proxima quæque dies.  
 At neglecta decet multas coma: sepe iacere  
 Hesternam credas, illa repexa modo est.  
 Ars casum simulet: sic capta uidit in urbe  
 Alcides Iolen: hanc ego dixit, amo.  
 Talem te Bacchus, Satyris clamantibus eue,  
 Susulit in curru Cnossi relicta suos.

O' quant

O' quantum indulget uestro natura decori,  
 Quarum sunt multis damna pianda modis.  
 Nos malè detegimur, raptiq; a tate capilli,  
 Vt Borea frondes excutiente, cadunt:  
 Fœmina canitiem germanis inficit herbis,  
 Et melior uero queritur arte color.  
 Fœmina procedit densissima crinibus emptis,  
 Proq; suis alios efficit ære suos:  
 Nec pudor est emisse palam: \*uenisse uidemus  
 Herculis ante oculos, uirgineumq; chorum.  
 Quid de ueste loquar: non iam segmenta requiro:  
 Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.  
 Cum tot prodierint pretio leuiore colores,  
 Quis furor est census corpore ferre suos?  
 Aëris ecce color, tum cum sine nubibus aër:  
 Nec tepidus pluuias concitat auster aquas.  
 Ecce tibi similis, qui quondam Phryxon, & Hellen  
 Diceris Inois eripuisse dolis.  
 Hic undas imitatur, habet quoque nomen ab undis,  
 Crediderim Nymphas hac ego ueste tegi.  
 Ille crocum simulat: croceo uelatur amictu,  
 Rosida luciferos cum Dea iungit equos.  
 Hic Paphias myrtos, hic purpureos amethystos.  
 Albentes uel rosas, Threiciam uel gruem.  
 Nec glandes Amarylli tuæ, nec amygdala defunt:  
 Et sua uelleribus nomina cera dedit.  
 Quot noua terra parit flores, cum uere tepenti  
 Vitis agit gemmas, pigraq; fugit hyems:  
 Lana tor, aut plures succos bibit. elige certos,  
 Nam non conueniens omnibus unius erit.  
 Pulla decet niueas: Briseïda pulla decebat:

\*uenire

Cum

Cum rapta est, pulla tum quoque ueste fuit.  
 Alba decent fuscas : albis Cephei placebas,  
 Sic tibi uestitæ pressa Seriphos erat.  
 Quam sæpe admonui, ne trux caper iret in alas,  
 Ne'ue forent duris aspera crura pilis.  
 Sed non Caucasia doceo de rupe puellas:  
 Quæq; bibunt undas Myse Caice tuas.  
 Quid, si præcipiam, ne fuscet inertia dentes?  
 Oraq; suscepta manc luentur aquæ?  
 Scitis, & inducta candorem querere cera:  
 Sanguine quæ uero non rubet, arte rubet.  
 Arte supercilij confinia nuda repletis:  
 Paruaq; synceras uelut aluta genas.  
 Nec pudor est oculos tenui signare fauilla,  
 Vel prope te nato lucide Cydne croco.  
 Est mihi, quo dixi uestre medicamina formæ,  
 Paruus, sed cura grande libellus opus.  
 Hinc quoque præsidium læsæ petitote puellæ.  
 Non est pro uestris ars mea rebus iners.  
 Non tamen expositas mensa deprendat amator  
 Pyxidas : ars faciem dissimulata iuuet.  
 Quem non offendat toto fæx illita uultu,  
 Cum fluit in tepidos pondere lapsu sinus?  
 Oesipa quid redolent, quamuis mittantur Athenis,  
 Demptus ab immundæ uellere succus ouis?  
 Nec coram mistas ceruæ sumpsisse medullas,  
 Nec coram dentes perfricuisse probem.  
 Ista dabunt faciem, sed erunt deformia uisu:  
 Multaq; cum fiunt turpia, facta placent.  
 Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis,  
 Pondus iners quondam, duraq; massa fuit.

Anulus ut fiat, primò colliditur aurum,  
 Quas geritis uestes, sordida lana fuit.  
 Cum fieret, lapis asper erat, nunc nobile signum  
 Nuda Venus madidas exprimit hymbre comas.  
 Tu faciem cura, dum te dormire putemus:  
 Aptius à summa conspiciere manu.  
 Cur mihi nota tui causa est \*splendoris in ore?  
 Claude fores thal. mi, quæ rude cogis opus.  
 Multa uiros, nescire decet : pars maxima rerum  
 Offendet, si non interiora tegas.  
 Aurea quæ pendent ornato signa theatro,  
 Inspice quam tenuis bractea ligna tegat.  
 Sed neque ad illa licet populo, nisi facta, uenire:  
 Nec nisi summotis forma paranda uiris.  
 At non peccandos coram præbere capillos,  
 Ut iaceant fusi per tua colla ueto.  
 Illo præcipue, ne sis morosa, caueto  
 Tempore, nec \*laxas sæpe resoluè comas.  
 Tutâ sit ornatrix : odi, quæ sauciat ora  
 Vnguibus, & rapta brachia \*fixit acu.  
 Deuouet, & tangit dominæ caput illa, simulq;  
 Plorat ad inuisas sanguinolenta comas.  
 Quæ malè crinita est, custodem in limine ponat,  
 Ornetur'ue Bonæ samper in æde deæ.  
 Dictus eram subitò cuidam uenisse puellæ,  
 Turbida peruersas induit illa comas.  
 Hostibus eueniat tam fœdi causa pudoris,  
 Inq; nurus Parthas dedecus illud eat.  
 Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus:  
 Et sine fronde frutex, & sine crine caput.  
 Non mihi uenistis Semele, Ledæq; docendæ,

\*candoris

\*lapsas

\*figit

Perq̄; fretum falso Sidoni uecta boue:  
 Aut Helene, quam non stulte Menelaë reposcis,  
 Tu quoque non stulte Troice raptor habes.  
 Turba docenda uenit, turpes, pulchræq̄; puellæ,  
 Pluraq̄; sunt semper deteriora bonis.  
 Formosæ minus artis opem, præceptaq̄; quærunt:  
 Est illis sua dos forma sine arte potens.  
 \*cessat Cum mare compositum est, securus nauita \*transit:  
 Cum tumet, auxilijs asidet ille suis.  
 Rara tamen menda facies caret, occulte mendas:  
 Quodq̄; potes uitium corporis abde tui.  
 Si breuis es, sedeas, ne stans uideare sedere:  
 Inq̄; tuo taceas quantulacumque toro.  
 Hic quoque ne possit fieri mensura cubantis,  
 Iniecta lateant sic tibi ueste pedes.  
 Quæ nimis est gracilis, pleno uelamina filo  
 Sumat, & ex humeris laxus amictus eat.  
 Pallida purpureis tangat sua corpora uirgis:  
 Nigrior ad Pharij confuge piscis opem.  
 Pes malus in niuea semper celetur aluta:  
 Arida nec uinclis crura resolue tuis.  
 Conueniunt tenues scapulis ameletides altis  
 Angustum circa fascia pectus eat.  
 Exiguo signet gestu, quodcumque loquatur,  
 Cui digiti pingues, & scaber unguis erit.  
 Cui grauis oris odor, nunquam ieiuna loquatur:  
 Et semper spatium distet ab ore uiri.  
 Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus  
 Dens tibi, ridendo maxima damna feret.  
 Quis credat? discunt etiam ridere puellæ:  
 Queritur atque illis hac quoque parte decor.

Sint modici rictus, sint parue utrinque lacunæ:  
 Et summos dentes ima labella tegant.  
 Nec sua perpetuo contendant illa risu:  
 Sed leue nescio quid, foemineumq̄; sonent.  
 Est, quæ peruerso distorqueat ora cachinno,  
 Cum risit: læta est altera, flere putes:  
 Illa sonat raucum quiddam, atque inamabile ridet,  
 Ut rudit à scabra turpis a sella mola.  
 Quò non ars penetrat? discunt lacrymare decenter,  
 Quoq̄; uolunt plorant tempore, quoq̄; modo.  
 Quid, cum legitima fraudatur littera uoce?  
 Blasq̄; fit iusso lingua coacta sono?  
 In uitio decor est, quædam malè reddere uerba:  
 Discunt posse minus, quam potuere, loqui.  
 Omnibus his, quando profunt, impendite curam:  
 Discite foemineo corpora ferre gradu.  
 Est & in incessu pars non temnenda decoris:  
 \*Alligat ignotos illa, fugatq̄; uiros.  
 Hæc mouet arte latus, tunicisq̄; fluentibus auræ  
 Excipit, extensos fertq̄; superba pedes.  
 Illa, uelut coniux Umbri rubicunda mariti  
 Ambulat, ingentes uarica fertq̄; gradus.  
 Sed sit ut in multis, modus hic quoque, rusticus alter  
 Motus in incessu, mollior alter erit.  
 Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti  
 Nuda sit: à leua conspicienda manu.  
 Hoc uos præcipue niueæ decet: hoc ubi uidi,  
 Oscula ferre humero, quæ patet usque, libet.  
 Monsra maris Sirenes erant, quæ uoce canora  
 Quaslibet admissas detinuerat rates.  
 His sua Sisyphides auditis penè resoluit

Corpora : nam socijs illata cera fuit.  
 Res est blanda canor: discant cantare puellæ:  
 Pro facie multus uox sua lena fuit.  
 Et modò marmoreis referant audita theatris,  
 Et modò Niliacis carmina lusa modis.  
 Nec plectrum dextra, citharam tenuisse sinistra  
 Nesciat, arbitrio fœmina docta meo.  
 Saxa, ferasq; lyra mouit Rhodopeius Orpheus,  
 Tartareosq; lacus, tergeminumq; canem.  
 Saxa tuo cantu uindex iustissime matris  
 Fecerunt muros officiosa nouos.  
 Quamuis mutus erat, uoci fauisse putatur  
 Piscis, Arionæ fabula nota lyræ.  
 \*naulia Disce etiam duplici genialia \* nabilia palma  
 Vertere: conueniunt dulcibus illa iocis.  
 Sit tibi Callimachi, sit Coinota poetæ,  
 Sit quoque uinosi Teia musa senis.  
 Nota sit & Sappho: quid enim lasciuus illa?  
 Cuius pater uasri luditur arte Getæ.  
 Et teneri possis carmen legisse Properti:  
 Siue aliquid Galli, siue Tibulle tuum.  
 Dicta Varroni fuluis insignia uillis  
 Vcllera, germanæ Phrixæ querenda tuæ.  
 Et profugum Acnean, altæ primordia Romæ,  
 Quo nullum Latio clarius extat opus.  
 Forsitan & nostrum nomen miscebitur istis:  
 Nec mea Lethæis scripta dabuntur aquis.  
 Atque aliquis dicet, nostri lege culta magistri  
 Carmina, queis partes instruit ille duas.  
 Dæue tribus libris, titulus quos signat amorum,  
 Elige quos docili molliter ore legas.

Vel tibi composita cantetur epistola uoce.  
 Ignotum hoc alijs, ille nouabit opus.  
 O ita Phœbe uelis, ita uos pia numina Vatum,  
 Insignis cornu Bacche, nouemq; deæ.  
 Quis dubitat, quin scire uelim saltare puellam?  
 Ut moueat posito brachia iussa mero?  
 Artifices lateris, scenæ spectacula amantur:  
 Tantum mobilitas illa decoris habet.  
 Parua monere pudet, talorum dicere iactus  
 Ut sciat, & uires tessera missa tuas.  
 Et modo treis iactet numero: modò cogitet apte,  
 Quam subeat partem callida, quamq; uocat.  
 Cautaq; non stulte latronum prælia ludat,  
 Vnus cum gemino calculus hoste perit.  
 Bellatorq; suo prænsum sine compare \* bellet,  
 Ac mulus inceptum sæpe recurrat opus.  
 Reticuloq; pileæ leues fundantur aperto,  
 Nec, nisi quam tollas, ulla mouenda pila est.  
 Est genus in totidem tenui ratione redactum  
 Spicula, quot menses lubricus annus habet.  
 Parua tabella capit ternos utrinque lapillos,  
 In qua uicisse est continuasse suos.  
 Mille face esse iocos: turpe est nescire puellam  
 Ludere: ludendo sæpe paratur amor.  
 Sed minimus labor est sapienter iactibus uti,  
 Maius opus mores composuisse suos.  
 Tunc sumus incauti, studioq; aperimur ab ipso,  
 Nudaq; per lusus pectora nostra patent.  
 Ira subit, deforme malum, lucricq; cupido,  
 Iurgiaq; & rixæ, sollicitusq; dolor.  
 Crimina dicuntur, resonat clamoribus æther,

\* pugnet

Inuocat iratos & sibi quisque Deos.  
 Nulla fides tabulis, quæ non per uota petuntur,  
 Et lacrymis uidi sæpe madere genas.  
 Iuppiter à uobis tam turpia crimina pellat,  
 In quibus est ulli cura placere uiro.  
 Hos ignaua iocos tribuit natura puellis,  
 Materia ludunt uberiore uiri.  
 Sunt illis, celeresq; pile, iaculumq; trochiq;  
 Armaq; & in gyros ire coactus equus.  
 Nec uos campus habet, nec uos gelidissima uirgo,  
 Nec Thuscus placida deuehit amnis aqua.  
 At licet, & prodest Pompeias ire per umbras,  
 Virginis ætherijs cum caput ardet equis.  
 Visite laurifero sacrata palatia Phœbo,  
 Ille Paretonias mersit in altara rates.  
 Quæq; soror, coniuxq; ducis monumenta pararunt,  
 Naualiq; gener cinctus honore caput.  
 Visite turicremas uaccæ Memphitidos aras:  
 Visite conspicuis terna theatra locis.  
 Spectentur tepido maculatæ sanguine arenæ,  
 Metaq; feruenti circumeunda rota.  
 Quod latet, ignotum est: ignoti nulla cupido:  
 Fructus abest, facies cum bona teste caret.  
 Tu licet & Thamyram superes, atque Orphea cantu,  
 Non erit ignotæ gratia magna lyra.  
 Si Venerem Couis nunquam pinxisset Apelles,  
 Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.  
 Quid petitur sacris, nisi tantum fama, poetis?  
 Hoc uotum nostri summa laboris habet.  
 Cura ducum fuerant olim, regumq; poetæ,  
 Præmia antiqui magna tulere chori.

Sanctaq; maiestas, & erat uenerabile nomen  
 Vatribus, & largæ sæpe dabantur opes.  
 Emnius emeruit Calabris in montibus ortus,  
 Contiguus poni Scipio magne tibi.  
 Nunc ederæ sine honore iacent: operataq; doctis  
 Cura uigil Musis, nomen inertis habet.  
 Sed famæ inuigilare iuuat: quis nosset Homerum,  
 Ilias æternum si latuisset opus?  
 Quis Danaën nosset, si semper clausa fuisset?  
 Inq; sua turri si latuisset anus?  
 Vtilis est uobis formosis cura puellæ,  
 Sæpe uagos extra limina ferre pedes.  
 Ad multas lupa tendit oues, prædetur ut unam,  
 Et Iouis ad multas deuolat ales aues:  
 Se quoque det populo mulier \*speciosa uidendam,  
 Quem trahat è multis forsitan unus erit.  
 Omnibus illa locis maneat studiosa placendi,  
 Et curam tota mente decoris agat.  
 Casus ubique ualet: semper tibi pendeat, hamus:  
 Quo minime credis gurgite piscis erit.  
 Sæpe canes frustra nemorosus montibus errant,  
 Inq; plagas nullo ceruus agente cadit.  
 Quid minus Andromede potuit sperare reuincta,  
 Quàm lacrymas ulli posse placere suas?  
 Funere sæpe uiri uir queritur: ire solutis  
 Crinibus, & fletus non tenuisse decet.  
 Sed uitate uiros cultum, formamq; professos,  
 Quiq; suas ponunt in statione comas.  
 Quæ uobis dicunt, dixerunt mille puellis:  
 Errat, & in nulla sede moratur amor.  
 Fœmina quid faciet, cum uir sit leuior ipsa?

\*formosa

Forſitan & plures poſſit habere uiros?  
 Vix mihi credetis, ſed credite: Troia maneret  
 Præceptis Priami ſi foret uſa ſenis.  
 Sunt qui mendaci ſpecie graſſantur amoris,  
 Perq; aditus tales lucra pudenda petunt.  
 Nec com̄ uos fallat liquida nitidiſſima nardo:  
 Nec breuis in rugas cingula preſſa ſuas.  
 Nec toga decipiat filo tenuiſſima, nec ſi  
 Anulus in digitis alter, & alter erit.  
 Forſitan ex horum numero cultiſſimus ille  
 Fur ſit, & uratur ueſtris amore tue.  
 Redde meum clamant ſpoliatæ ſepe puellæ,  
 Redde meum, toto uoce boante foro.  
 Haſ Venus è templis multo radiantis auro  
 Læta uidet lites, Appiadesq; deæ.  
 Sunt quoque non dubia quædam mala nomina fama,  
 Deceptæ à multis crimen amantis habent.  
 Diſcite ab alterius ueſtris timuiſſe querelis.  
 Ianua fallaci ne ſit aperta uiro.  
 Parcite Cecropides iuranti credere Theſeo,  
 Quos faciet teſtes, fecit & ante deos.  
 Et tibi Demophoon Theſci criminis hæres  
 Phyllide decepta nulla relicta fides.  
 Si bene promittent, totidem promittite uerbis:  
 Si dederint, & uos gaudia pacta date.  
 Illa poteſt uigiles flammas extinguere Veſtæ,  
 Et rapere ex templis Inachi ſacra tuis:  
 Et dare miſta uiro tritis aconita cicutis,  
 Accepto Venerem munere ſiqua negat.  
 Fert animus propius conſiſtere, ſupprime habenas  
 Muſa, nec admiſſis excutiare rotis.

Verba

\*abiegnis

Verba uadum tentent \*alienis ſcripta tabellis:  
 Accipiat miſſas apta miniſtra notas.  
 Inſpice, dumq; leges, ex iſtis collige uerbis,  
 Fingat, an ex animo, ſollicituſq; roget.  
 Poſtq; breuem reſcribe moram: mora ſemper amantes  
 Inciat, exiguum ſi modo tempus habet.  
 Sed neque te facilem iuueni promitte roganti,  
 Nec tamen edure, quod petit ille, nega.  
 Fac timeat, ſperetq; ſimul: quotiesq; remittes,  
 Spes magis hinc ueniet certa, minorq; metus.  
 Munda, ſed è medio, conſuetiq; uerba puellæ  
 Scribite: ſermonis publica \*uerba placent.  
 Ah quoties dubijs ſcriptis exarſit amator,  
 Et nocuit formæ barbara lingua bonæ.  
 Sed quoniam, quamuis uitæ careatis honore,  
 Eſt uobis ueſtros fallere cura uiros:  
 Ancillæ, pueriq; manus ferat arte tabellas,  
 Pignora nec iuueni credite ueſtra nouo.  
 Vidi ego pallentes iſto terrore puellas  
 Seruitium miſeras tempus in omne pati.  
 Perfidus ille quidem, qui talia pignora ſeruat,  
 Sed tamen Aetnæi fulminis iſtar habet.  
 Iudice me, fraus eſt conceſſa, repellere fraudem,  
Armaq; in armatos ſumere iura ſumunt.  
 Ducere conſueſcat multas manus una figuras:  
 Ah pereant, per quos iſta monenda mihi.  
 Nec miſi deletis, tutum eſt reſcribere ceris,  
 Nec teneat geminas una tabella manus.  
 Formuna dicatur ſcribentis ſemper amator,  
 Illa ſit in ueſtris, qui fuit ille, notis.  
 Si licet à paruis animum ad maiora referre,

tt 3

Plenaq;

Plenaq; curuato pandere uela sinu:

Pertinet ad faciem rabidos compescere mores:

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Ora tument ira, nigrescunt sanguine uene.

Lumina Gorgoneo seuius angue micant.

\*es I procul hinc dixit, non \*est mihi tibia tanti,

Vt uidit uultus Pallas in amne suos.

Vos quoque si media speculum spectetis in ira,

Cognoscet faciem uix satis ulla suam.

Nec minus in uultu damnosa superbia uestro:

Combustus est oculis alliciendus amor.

Odimus immodicos (experto credite) fastus,

Sæpe tacens odij semina uultus habet.

Spectantem specta, ridenti mollia ride,

Innuet, acceptas tu quoque redde notas.

\*relictis Sic ubi prælusit, rudibus puer ille \*sagittis,

Spicula de pharetra promit acuta sua.

Odimus & mæstas, Tecmeffam diligat Ajax,

Nos hilarem populum fœmina leta capit.

Nunquam ego te Andromache, nec te Tecmeffa rogarem,

Vt mea de uobis altera amica foret.

Credere uix uideor, nisi cogat credere partus,

Vos ego cum uestris concubuisse uiris.

Scilicet Aiaci mulier mæstissima dixit,

Lux mea, quæq; solent uerba iuuare uiros?

Quis uetat à magnis ad res exempla minores

Sumere? nec nomen pertinuisse ducis?

Dux bonus huic centum commisit iurè regendos,

Huic equites, illi signa tuenda dedit.

Vos quoque de nobis, quem quisque erit aptus in usum,

Inspicite, & certo ponite quenque loco.

et Vite regen-  
dos. habent  
netusti col-  
les teste Cu-  
iatio lib. 12.  
ob. 32.

M.H.I.C.I.A

Munera det diues: ius qui profitebitur, adfit:

Facundus causam sepe clientis agat.

Carmina qui facinus, mittamus carmina tantum:

Nam chorus ante alios aptus amare sumus.

Nos facimus \*placidi lautæ præconia formæ,

Nomen habet Nemesis, Cynthia nomen habet.

Vesper, & Eoæ nouere Lycorida terræ,

Et multi, quæ sit nostra Corinna, rogant.

Adde quòd insidiæ sacris à uatibus absunt,

Et facit ad mores ars quoque nostra bonos.

Nec nos ambitio, nec nos amor urget habendi.

Contempto colitur lectus, & umbra foro.

Sed facile hæremus, ualidoq; perurimur æstu:

Et nimium certa scimus amare fide.

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,

Et studio mores conuenienter eunt.

Vatibus Aonijs faciles estote puellæ:

Numen inest illis, Pieridesq; fauent.

Est Deus in nobis, sunt & commercia cæli:

Sedibus ætherijs spiritus ille uenit.

A doctis pretium scelus est sperare poëtis:

Me miserum, scelus hoc nulla puella timet.

Disimulate tamen, nec prima fronte rapaces

Estis: nouus uiso casse resistet amans.

Sed neque rector equum, qui nuper sensit habenas

Comparibus frænis, artificemq; regit.

Nec stabiles animos annis, uiridemq; iuuentam

Vt capias, idem limes agendus erit.

Hic rudis, & castris nunc primum notus amoris,

Qui tetigit thalamos præda nouella tuos,

Te solam norit, tibi semper inhereat uni:

\*placide  
late

tt

Cing

Cingenda est altis sepihus ista seges.

Effuge riualem, uinces, dum sola tenebis:

Non bene cum socijs regna, Venusq; manent.

Ille uetus miles sensim, & sapienter amabit,

Multaq; tyroni non patienda feret.

Nec franget postes, nec seuis ignibus uret,

Nec dominae teneras appetet ungue genas.

Nec scindet tunicas ue suas, tunicas ue puellae,

Nec raptus flendi causa capillus erit.

Ista decent pueros etate, & amore calentes,

Hic fera composita uulnera mente feret.

Ignibus hic lentis uretur, ut humida tecta,

Vt modo montanis sylua recisa iugis.

\* & Certior hic amor est, breuis \* at fecundior ille:

Quae fugiunt, celeri carpite poma manu.

Omnia tradentur: portas referabimus hosti,

Vt sit in infida proditione fides.

Quod datur ex facili, longum male nutrit amorem:

Miscenda est letis rara repulsa iocis.

Ante fores iaceant: crudelis inuua clament,

Multaq; summissè, multa min. inter agunt.

Dulcia non ferimus: succo renouamur amaro:

Sæpe perit uentis obruta cymba suis.

Hoc est, uxores quod non patitur amari,

Conueniunt illas, cum uoluerè uiri.

Claude fores, duro dicat tibi tanitor ore,

Non potes: exclusum te quoque tanget amor.

Ponite iam gladios hebetes, pugnctur acutis.

Non dubito telis quin petar ipse meis.

Dum cadat in laqueos captus quoque nuper amator,

Solum se thalamos speret habere tuos:

Post

Postmodò riualem, partitaq; foedera lecti

Sentiat. has artes tolle, senesce amor.

Tunc bene fortis equus reserato carcere currit,

Cum, quos præt. creat, quos ue sequatur, habet.

Quelibet extinctos iniuria suscitât ignes,

Ego confiteor, non nisi læsus amo.

Causa tamen nimium ne sit manifesta doloris,

Pluraq; sollicitus, quam sciat, esse putet.

Incitet, & ficti tristis custodia serui,

Et nimium duri cura molestæ uiri.

Quæ uenit ex tuto, minus est accepta uoluptas:

Vt sis liberior Thaidæ, fuge metus.

Cum melius foribus possis, admittè fenestra,

Inq; tuo uultu \* uerba timentis habet.

Callida profiliat, dicatq; ancilla, perimus.

Tu iuuenem trepidum quolibet abde loco.

Admiscenda tamen Venus est \* secreta timori,

Ne tanti noctes non putet esse tuas.

Qua uifer eludi possit ratione maritus,

Quaq; uigil custos, præteriturus eram.

Nupta uirum timeat, rata sit custodia nuptæ:

Hoc decet, hoc leges, iusq; pudorq; iubent.

Te quoque seruari, modo quam uindicta redemit,

Quis ferat ut fallas, ad mea sacra ueni.

Tot licet obseruent, \* modò sit tibi grata uoluptas,

Quot fuerant Argo lunina, uerba dabis.

Scilicet obstabit custos, ne scribere possis:

Sumendæ detur cum tibi tempus aquæ?

Conscia cum possit scriptas porrare tabellas,

Quas tegat in tepido fascia lata sinu?

Cum possit solea chartas celare ligatas,

\* signa

\* secura

\* ad sit modò  
certa uolun-  
tas

tt 5

Et uincto



Et uincto blandas sub pede ferre notas?  
 Cauert hoc custos, pro charta conscia tergum  
 Præbeat, inq; suo corpore uerba ferat.  
 Tuta quoque est, fallitq; oculos e lacte recenti  
 Littera, carbonis puluere tange, leges.  
 Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini,  
 Et feret occultas pur a tabella notas.  
 Adfuit Acrysis seruandæ cura puellæ,  
 Hunc tamen illa suo crimine fecit auum.  
 Quid faciet custos, cum sint tot in urbe theatra?  
 Cum spectet iunctos illa libenter equos?  
 Cum sedeat Phariæ \*sistris operosa iuuençæ?  
 Quosq; suæ comites ire \*iubentur, eat?  
 Cum fuget à templis oculos Bona diua uirorum?  
 Præter quos, siquos, illa uenire iubet?  
 Cum custode foris tunicam seruante puellæ  
 Celent furtiuos balnea multa iocos?  
 Cum, quoties opus est fallax ægrotes amica,  
 \*Tollat & in lectum quemlibet illa suum?  
 Nomine cum doceat quid agatur adultera clauis?  
 Quasq; petes, non det ianua sola uias?  
 Fallitur & multo custodis cura Lyæo:  
 Illa uel Hispano lecta sit uua iugo.  
 Sunt quoque quæ faciunt altos medicamina somnos,  
 Victaq; Lethæa lumina nocte premant.  
 Nec malè delicijs odiosum conscia tardis  
 Detinet & longa iungitur illa mora.  
 Quid iuuat ambages, præceptaq; parua monere?  
 Cum minimo custos munere possit emi?  
 Munera (crede mihi) placant hominesq; Deosq;:  
 Placatur donis Iuppiter ipse datis.

\*sacris  
 \*uetantur

\*Aliàs, Et  
 celet lecto  
 quemlibet  
 ægra suo.

Quid faciet sapiens? stultus quoque munere gaudet:  
 Ipse \*quoque accepto munere \*mitis erit.  
 Sed semel est custos longum redimendus in æuum:  
 Sæpe dabit, dederit quas semel ille, manus.  
 Questus eram (memini) metuendos esse sodales:  
 Nos tangit solos ista querela uiros.  
 Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent,  
 Et lepus hic alijs exagitatus erit.  
 Hæc quoque, quæ præbet lectum studiosa locumq;,  
 (Crede mihi) mecum non semel illa fuit.  
 Nec nimium uobis formosa ancilla ministret,  
 Sæpe uicem domine præstitit illa mihi.  
 Quò feror insanus? quid aperto pectore in hostem  
 Mittor, & indicio prodor ab ipse meo?  
 Non auis aucupibus monstrat, qua parte petatur:  
 Non docet infestos currere cerua canes.  
 Viderit utilitas, ego cœpta fideliter edam:  
 Lemniadum gladios in mea \*damna dabo.  
 Efficite, & facile est, ut nos credamus amari:  
 Prona uenit cupidis in sua uota fides.  
 Spectet amabilius iuuenem, & suspiraret ab imo  
 Fœmina, tam serò cur ueniatq; roget.  
 Accedant lacrymæ, dolor & de pellice fictus,  
 Et laniet digitis illius ora suis:  
 Iandudum persuasus erit, miserebitur ultro,  
 Et dicet, cura carpitur ipsa mei.  
 Præcipue si cultus erit, speculoq; placebit,  
 Posse suo tangi credet amore deas.  
 Sed te (quæcunque est) moderate iniuria turbet:  
 Nec sis audita pellice mentis inops.  
 Nec citò credideris: quantum cito credere ledat,

\*uir  
 \*mutus

\*fata

Exemplum uobis non leue Procris erit.

Est prope purpureos colles florentis Hymetti

Fons sacer, & uiridi cespite mollis humus.

Sylua nemus non alta facit, tegit arbutus herbam

Rosmaris, & laurus, nigraq; myrtus olent.

Nec densum folijs buxum, fragilesq; myrica,

Nec tenues cytisi, cultaq; pinus abest.

Lenibus impulsæ Zephyris, aurâq; salubri,

Tot generum frondes, herbaq; summa tremunt.

Grata quies Cephalo: famulis, canibusq; relictis

Lassus in hac iuuenis sepe resedit humo.

Quæq; meos releues æstus, cantare solebat,

Accipienda sinu mobilis aura ueni.

Coniugis ad timidam aliquis male sedulus aures

\*ore

Auditos memori detulit \*aure sonos.

Procris ut accepit nomen, quasi pellicis, auræ,

Excidit, & subito mota dolore fuit.

Palluit ut seræ, lectis de uite racemis,

Pallefcunt frondes, quas noua le sit hyems.

Quæq; suos curuant matura cydonia ramos,

Cornaq; adhuc nostris non satis apta cibis.

Vtq; animus redijt, tenues à pectore uestes

Rumpit, & indignas sauciat ungue genas.

\*pasis

Nec mora, per medias \*sparsis furibunda capillis

Euolat, ut thyrso concita Baccha, uias.

Vt prope peruentum est, comites in ualle reliquit:

Ipsa nemus tacito clam pede fortis inuit.

Quid tibi mentis erat, cum sic male sana lateres

Procri? quis attoniti pectoris ardor erat?

Iam iam uenturam, quæcunque erat aura, putabas

Scilicet, atque oculis probra uidentia tuis.

Nunc

Nunc uenisse piget (neque enim deprendere uelles)

Nunc iuuat: incertus pectora uersat amor.

Crede quæ iubeant, locus est, & nomen, & index,

Et quia mens semper, quod timet, esse putat.

Vidit ut oppressam, uestigia corporis, herbam,

Pulsantur trepidi corde micante sinus

Iamq; dies medius tenues contraxerat umbras,

Inq; pari spatio uesper, & ortus erant,

Ecce redit Cephalus, proles Cyllenia, syluis,

Oraq; fontana feruida \*pulsat aqua.

\*spargit

Anxia Procri lates, solitas iacet ille per herbas:

Et Zephyri molles, aurâq; (dixit) ades.

Vt patuit miseræ iucundus nominis error,

Et mens, & redijt uerus in ora color:

Surgit, & oppositas agitato corpore frondes

Mouit, in amplexus uxor itura uiri.

Ille feram sonuisse ratus, iuueniliter arcum

Corripit, in dextra tela fuere manu.

Quid facis infelix? non est fera, supprime tela:

Me miserum iaculo fixa puella tuo est.

Hei mihi conclamat, fixisti pectus amicum,

Hic locus à Cephalo uulnera semper habet.

Ante diem mortis, sed nulla pellice lesa:

Hoc faciet positam te mihi terra leuem.

Nomine suspectam mihi spiritus exit in auram:

Iam morior: chara lumina conde manu.

Dixit, & incauto paulatim pectore lapsus

Excipitur miseri spiritus ore uiri.

Ille sinu domine morientia pectora mæsto,

Sustinet, & lacrymis uulnera seua lauat.

Sed repetamus iter: nudis mihi rebus agendum est,

Vt

Vt tangat portus fessa carina suos.  
 Scilicet expectas, ut te in conuiuia ducam,  
 Et quæris monitus hac quoque parte meos:  
 Sera ueni, positaq; decens incede lucerna:  
 Grata mora uenies. maxima lena mora est.  
 \*potis Et, si turpis eris, formosa uidebere \*cunctis:  
 Et latebras uitij nox dabit illa tuis.  
 Carpe cibos digitis: est quidam gestus edendi.  
 Ora nec immunda tota perunge manu.  
 Ne'ue diu præsume dapes, sed desine citra  
 Quam cupias, paulo quam potes esse minus.  
 Priamides Helenen auide si spectet edentem,  
 Oderit, & dicet, stulta rapina mea est.  
 \*deceatq; Aptius est, \*deceat atque magis potare puellas:  
 Cum Veneris puero non male Bacche facis.  
 Hoc quoque, quam patiens caput est, animusq; pedesq;  
 Consent, nec que sint singula, bina uide.  
 Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo,  
 Digna est concubitus quoslibet illa pati.  
 Nec somno tutum est posita succumbere mensa:  
 Per somnos fieri multa pudenda solent.  
 Vltiora pudet docuisse, sed alma Dione  
 Præcipue nostrum est, quod pudet, inquit, opus.  
 \*a corpore Nota sibi sit queque: modos \*ad corpora certos  
 Sumite: non omnes una figura decet.  
 Que facie præsignis erit, resupina iaceto:  
 Spectetur tergo, cui sua terga placent.  
 Melanion humeris Atalantæ crura ferebat:  
 Si bona sunt, hoc sunt aspicienda modo.  
 Parua uehatur equo: quod erat longissima, nunquam  
 Thebais Hæctoreo nupta resedit equo,

Strata premat genibus paulum ceruice reflexa  
 Fœmina per longum conspicienda latus.  
 Cui femur est iuuenile, carent quoque cætera menda,  
 Semper in obliquo fusa sit illa toro.  
 Nec tibi turpe puta crinem, ut Phylæa mater  
 Soluere: & effusis colla reflecte comis.  
 Tu quoque, cui rugis uterum Lucina notauit,  
 Ut celer auersis utere Parthus equis.  
 Mille modi Veneris, simplex, minimiq; laboris,  
 Cum iacet in dextrum semisupina latus.  
 Sed neque Phœbei tripodes, nec corniger Ammon  
 Vera magis uobis, quam mea musa canet.  
 Siqua fides arti, quam longo fecimus usu,  
 Credite, præstabunt carmina nostra fidem.  
 Sentiat ex imis Venerem resoluta medullis  
 Fœmina, & ex æquo res iuuet ista duos.  
 Nec blandæ uoces, iucundaq; murmura cessent:  
 Nec taceant medijs improba uerba iocis.  
 Tu quoque, cui Veneris sensum natura negauit,  
 Dulcia mendaci gaudia finge sono.  
 Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella:  
 Quo pariter debent fœmina, uirq; frui.  
 Tantum, cum finges, ne sis manifesta, caueto,  
 Effice per motum, luminaq; ipsa fidem.  
 Quod iuuet, & uoces, & anhelitus arguat oris,  
 Ah pudet, arcanas pars habet illa notas.  
 Gaudia post Veneris que poscit munus amantem,  
 Illa suas nolit pondus habere preces.  
 Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris,  
 Aptius in uestro corpore multa latent.  
 Lusus habet finem, cynis discedere tempus,

Duxerunt collo qui iuga nostra suo.  
 Ut quondam iuuenes, ita nunc mea turba puellæ  
 Inscribant, spolijs, Naso magister erat.

LIBRI TERTII DE  
 ARTE AMANDI  
 FINIS.

P. OVIDII  
 NASONIS DE RE  
 MEDIO AMORIS  
 LIBER PRIMVS.



LEGERAT huius amor titulum, no-  
 menq; libelli,  
 Bella mihi (uideo) bella parantur, ait.  
 Parce tuū Vatem sceleris damnare Cupido,  
 Tradita qui toties te duce signa tuli.

Non ego Tydides, à quo tua saucia mater  
 In liquidum redijt æthera Martis equis.  
 Sæpe tepent alij iuuenes, ego semper amavi,  
 Et si quid faciam nunc quoque queris, amo.  
 Quinctiam docui, qua posses arte parari:  
 Et quæ nunc ratio est, impetus ante fuit.  
 Nec te blande puer, nec nostras prodimus artes,  
 Nec noua præteritum Musa retexit opus.  
 Siquis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet:  
 Gaudeat, & uento nauiget ille suo.  
 At, si quis malè fert indignæ regna puellæ,  
 Nec pereat, nostræ sentiat artis opem.  
 Cur aliquis laqueo collum nodatus amator

Atrube

A' trabe sublimi triste pependit onus?  
 Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro?  
 Inuidiam cædis pacis amator habes.  
 Qui nisi desierit, misero periturus amore est:  
 Desinat, & nulli funeris autor eris.  
 Et puer es, nec te quicquam, nisi ludere, oportet:  
 Lude: decent \* animos mollia regna tuos.  
 Nam poteras uti nudis ab bella sagittis,  
 Sed tua mortifero uulnere tela carent.  
 Vitricus & gladijs, & acuta dimicet hasta,  
 Et uictor multa cæde cruentus eat.  
 Tu cole maternas, tutò quibus utimur, artes,  
 Et quarum uitio nulla fit orba parens.  
 Effice, nocturna frangatur ianua rixa,  
 Et tegat ornatas multa corona fores.  
 Fac coeant furtim iuuenes, timidæq; puellæ,  
 Verbaq; dent cauto qualibet arte uiro.  
 Et modò blanditias, rigido modò iurgia posti  
 Dicat, & exclusus flebile cantet amans.  
 His lacrymis contentus eris sine crimine mortis:  
 Nec tua fax auidos digna subire rogos.  
 Hæc ego: mouit Amor gemmatas aureus alas,  
 Et mihi propositum perforce, dixit, opus.  
 Ad mea decepti iuuenes præcepta uenite,  
 Quos suus ex omni parte fefellit amor.  
 Discite sanari, per quem didicistis amare,  
 Vna manus uobis uulnus, opemq; feret.  
 Terra salutiferas herbas, eademq; nocentes  
 Nutrit, & urticæ proxima sæpe rosa est.  
 Uulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti,  
 Uulneris auxilium Pelias hasta tulit.

\* annos

uu

Sed

Sed quæcunque uiris, uobis quoque dicta puellæ  
Credite: diuersis partibus arma damus.

E' quibus, ad uestros siquid non pertinet usus,  
At tamen exemplo multa docere potest.

Vtile propositum est seias extinguere flammæ,  
Nec seruum uitij pectus habere tuum.

Vixisset Phyllis, si me foret usu magistro,  
Et per quod nouies, sepius isset iter.

Nec moriens Dido summa uidiſſet ab arce  
Dardaniæ \* uentis uela dedisse rates.

Nec dolo armasset contra sua uiscera matrem,  
Quæ socij damno sanguinis ulta uirum est.

Arte mea Tereus, quamuis Philomela placeret,  
Per facinus fieri non meruisse uitas.

Da mihi Phasiphaën, iam tauri ponet amorem:  
Da Phædræ, Phædræ turpis abibit amor.

Redde Parin nobis, Helenen Menelaus habebit,  
Nec manibus Danaûm Pergama uicta cadent.

Impia si nostros legisset Scylla libellos,  
Hæsiſſet capiti purpura Niſe tuo.

Me duce damnosæ homines compeſcite curas,  
Rectaq; cum socijs me duce nauis eat.

Naso legendus erat tunc cum didiciſſis amare,  
Idem nunc uobis Naso legendus erit.

Publicus aſſertor uitijſ ſuppreſſa leuabo  
Pectora: uindictæ quæſque faucte ſuæ.

\*incipiens Te precor \*ò uates, adſit tua laurea nobis,  
Carminis, & medicæ Phœbe repertor opis.

Et pariter uati, pariter ſuccurre medenti.  
Vtraque tutele ſubdita cura tuæ eſt.

Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,

Si piget, in primo limine ſiſte pedem.

Opprime, dum noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi,  
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.

Nam mora dat uires, teneras mora percoquit uuas,  
Et ualidas ſegetes, quæ fuit herbæ, facit.

Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus umbras,  
Quo poſita eſt primum tempore, uirga ſuit.

Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli,  
Nunc ſtat in immenſum uiribus aucta ſuis.

Quale ſit id quod amas, celeri circumſpice mente,  
Et tua Leſuro ſubtrahe colla iugo.

Principijs obſta: ſerò medicina paratur,

Cum mala per longas conualuere moras.

Sed propera, nec te uenturas diſſer in horas:

Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

Verba dat omnis amans, reperitq; alimenta morando:  
Optima uindictæ proxima quæque dies.

\*Flumina magna uides paruis de fontibus orta,  
Plurima collectis multiplicantur aquis.

Si citò ſenſiſſes quantum peccare parabas,  
Non tegetes uultus cortice Myrrha tuos.

Vidi ego, quod fuerat primo ſanabile uulnus,  
Dilatatum longæ damna tuliffe moræ.

Sed quia delectat Veneris decerpere \*fructus,  
Dicimus aſiduè, cras quoque fiet idem.

Interea tacite ſerpunt in uiscera flammæ,  
Et mala radices altius arbor agit.

Si tamen auxilij perierunt tempora primi,  
Et uetus in capto pectore ſedit amor,

Maius opus ſuper eſt: ſed non, quia ſerior ægro  
Aduocor, ille mihi deſtituendus erit.

\*aliàs, Flu-  
mina pauca  
uides magnis  
de font.

\*flores

Si piget,

uu 2

Qua

Qua læsus fuerat, partem pœantius heros  
 Debuerat celeri præsecuisse manu.  
 Post tamen hic multos sanatus creditur annos,  
 Supremam bellis imposuisse manum.  
 Qui modò nascentis properabam pellerè morbos,  
 Admoueo tardam nunc quoque lentus opem.  
 Aut noua, si possis, sedare incendia tentes,  
 Aut ubi per uires procubuerè suas.  
 / Dum furor in cursu est, currenti cede furori:  
 / Difficiles aditus impetus omnis habet.  
 / Stultus, ab obliquo qui cùm discedere possit,  
 Pugnât in aduersas ire natator aquas.  
 Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte  
 Respuit, atque odio uerba monentis habet.  
 Aggrediar melius tum, cùm sua uulnera tangi  
 Iam sinet, & ueris uocibus aptus erit.  
 Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati  
 Flere uetat? non hoc illa monenda loco est.  
 Cùm dederit lacrymas, animumq; expleuerit ægrum,  
 Ille dolor uerbis emoderandus erit.  
Temporibus medicina ualeat: data tempore profunt,  
Et data non apto tempore uina nocent.  
 / Quin etiam accendas uitia, iritesq; uetando,  
 Temporibus si non aggrediare suis.  
 / Ergo ubi uisus eris nostra medicabilis arte,  
 / Fac monitis fugias otia prima meis.  
 \*ut Hæc, ut ames, faciunt: hæc, \*quæ fecere tuentur,  
 / Hæc sunt iucundi causa, cibusq; mali.  
 / Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,  
Contemptaq; iacent, & sine luce faces.

\*uino Quàm platanus \*riuo gaudet, quàm populus unda,

Et quàm limosa canna palustris humo:  
 Tam Venus otia amat, finem qui quæris amori,  
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.  
 Languior, & immodici sub nullo \*iudice somni,  
 Alcaq; & multo tempore quassa mero,  
 Eripiunt omnes animo sine uulnere uires,  
 Affluit incautis insidiosus amor.  
 Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes,  
 Da uacua menti, quo teneatur, opus.  
 Sunt fora, sunt leges, & quos tuearis amici.  
 Vade per urbana splendida castra togæ.  
 Vel tu sanguinei iuuenilia munera Martis  
 Suscipe, deliciæ iam tibi terga dabunt.  
 Ecce fugax Parthus, magni noua causa triumphî,  
 Iam uidet in campis Cæsaris arma suis.  
 Vince Cupidineas pariter, Parthasq; sagittas,  
 Et refer ad patrios bina trophæa Deos.  
 Vt semel Aetola Venus est à cuspide læsa,  
 Mandat amatori bella gerenda suo.  
 Quæritur Aegisthus qua re sit factus adulter,  
 In promptu causa est, desidiosus erat.  
 Pugnabant alij tardis apud Iliion armis,  
 Quò tulerat uires Græcia tota suas.  
 Siue operam bellis uellet dare, nulla gerebat:  
 Siue foro, uacuum litibus Argos erat.  
 Quod potuit, fecit: ne nil ageretur, amauit:  
 Sic uenit ille puer, sic puer ille manet.  
 Rura quoque oblectant animos, studiumq; colendi,  
 Quælibet huic curæ cedere cura potest.  
 Colla iube domitos oneri supponere tauros,  
 Sauciet ut duram uomer aduncus humum.

\*iudice

Et

Obrue uersata Cerealia semina terra,  
 Quæ tibi cum multo scenore reddat ager.  
 Aspice curuatos pomorum pondere ramos,  
 Vt sua, quod peperit, uix ferat arbor onus.  
 Aspice labentes iucundo murmure riuos,  
 Aspice tondentes fertile gramen oues.  
 Ecce petunt rupes, præruptaq; saxa capellæ,  
 Vt referant hæcdis ubera plena suis.  
 Pastor in æquali modulatur arundine carmen,  
 Nec desunt comites, sedula turba, canes.  
 Parte sonant alia syluæ mugitibus altæ,  
 Et queritur uitulum mater abesse suum.  
 Quid cum suppositos fugiunt examina fumos,  
 Vt releuent dempti uimina curua faui?  
 Poma dat autumnus, formosa est mensibus æstas:  
 Ver præbet flores, igne leuatur hyems.  
 Temporibus certis maturam rusticus uuam  
 Colligit, & nudo sub pede musta fluunt.  
 Temporibus certis defectas alligat herbas,  
 Et tonsam raro pectine uerrit humum.  
 Ipse potes riguis plantam defigere in hortis,  
 Ipse potes riuos ducere lenis aquæ.  
 Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet,  
 Stetq; peregrinis arbor aperta comis.  
 Cum semel hæc animum cæpit nulcere uoluptas,  
 Debilibus pennis irritus exit amor.  
 Vel tu uenandi studium cole: sæpe recessit  
 Turpiter à Phœbi uicta sorore Venus.  
 Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci,  
 Nunc in frondosis retia tende iugis.  
 Aut pavidos terre uaria formidine ceruos,

Aut cadat aduersa cuspide fossus aper.  
 Nocte fatigatum somnus, non cur a puellæ  
 Excipit, & dulci membra quiete leuat.  
 Lenius est studium, prodest tamen, alite captæ  
 Aut lino, aut calamis, præmia parua sequi.  
 Vel, quæ piscis ed. ix auido male deuoret ore,  
 Abdere supremis æra recurua cibis.  
 Aut bis, aut alijs: donec dediscis amare,  
 Ipse tibi furtim decipiendus eris.  
 Tu tamen, & quamuis firmis retinebere uinclis,  
 I procul, & longas carpere perge uias.  
 Flebis, & occurret desertæ nomen amicæ,  
 Stabit & in media pes tibi sæpe uia.  
 Sed quantò minus ire uoles, magis ire memento,  
 Perfer, & inuitos currere coge pedes.  
 Nec pluuias opta, nec te peregrina morentur  
 Sabbata, nec damnis Allia nota suis.  
 Nec quot transferis, sed quot tibi quære supersint  
 Millia: nec maneas, nec prope finge moras.  
 Tempora nec numera, nec crebrò respice Romam:  
 Sed fuge, tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.  
 Dura aliquis præcepta uocet mea: dura fatemur  
 Esse: sed ut ualeas, multa dolendi ferēs.  
 Sæpe bibi succos, quamuis inuitus, amaros  
 Aeger, & oranti mensa negata mihi est.  
 Vt corpus redimas, ferrum patieris, & ignes,  
 Arida nec sitiens ora leuabis aqua.  
 Vt ualeas animo, quicquam tolerare negabis?  
 At pretium pars hæc corpore maius habet.  
 Sed tamen est artis tristissima ianua nostræ:  
 Et labor est unus tempora prima pati.

Aspicias, ut prensos urant iuga prima iuuenos?  
 Ut noua uelocem cingula ledat equum?  
 Forsitan à laribus patrijs exire pigebit,  
 Sed tamen exibis, deinde redire uoles.  
 Nec te lar patrius, sed amor reuocabit amica,  
 Præten des culpæ splendida uerba tuæ.  
 Cum semel exieris, centum solatia curæ,  
 Et rus, & comites, & uia longa dabunt.  
 Nec satis esse putes discedere, lentus abesto:  
 Dum perdat uires, sitq; sine igne cinis.  
 Qui nisi firmata properaris mente reuertit,  
 Inferet arma tibi seu a rebellis amor.  
 Quicquid eras, fueris, sitiens, audisq; redibis,  
 Et spatium damno cesserit omne tuo.  
 Vidcrit Aemoniæ si quis mala pabula terræ,  
 Et magicas artes posse iuuare putat.  
 Ista ueneficij uetus est uia: noster Apollo  
 Innocuam sacro carmine monstrat opem.  
 Me duce non tumulo prodire iubebitur umbra,  
 Non anus infami carmine rumpet humum.  
 Non seges ex alijs alios transibit in agros,  
 Nec subito Phœbi pallidus orbis erit.  
 Ut solet, æquoreas ibit Tyberinus in undas.  
 Ut solet, in niueis Luna uehetur equis.  
 Nulla recantatas deponent pectora curas,  
 Nec fugiet uiuo sulfure uictus amor.  
 Quid te Phasiacæ iuuerunt gramina terræ,  
 Cum cuperes patria Colchi manere domo?  
 Quid tibi profuerunt Circe Perseides herbæ,  
 Cum tibi Neritias abstulit aura rates?  
 Omnia fecisti, ne callidus hospes abiret.

Ille dedit certæ lintea plena fugæ.  
 Omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis:  
 Longus at in uictō pectore sedit amor.  
 Vertere quæ poterat homines in mille figuras,  
 Non poterat animi uertere iura tui.  
 Diceris his etiam, cum iam discedere uellet,  
 Dulichium uerbis detinuisse ducem.  
 Non ego, quod primum (memini) sperare solebam,  
 Iam precor, ut coniux tu meus esse uelis.  
 Et tamen, ut coniux essem tua, digna uidebar,  
 Quod Dea, quod magni filia Solis eram.  
 Ne properes oro, spatium pro munere posco:  
 Quid munus optari per mea uota potest?  
 Et freta mota uides, & debes illa timere,  
 Vtilior uelis postmodò uentus erit.  
 Quæ tibi causa fugæ? non hic noua Troia resurgit.  
 Non aliquis socios rursus ad arma uocat.  
 Hic amor, & pax est, in qua malè uulneror una,  
 Totaq; sub regno terra futura tuo est.  
 Illa loquebatur, nauem soluebat Vlysses:  
 Irrita cum uelis uerba tulere Noti.  
 Ardet, & assuetas Circe \* tendebat ad artes,  
 Nec tamen est illis attenuatus amor.  
 Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,  
 Deme ueneficij, carminibusq; fidem.  
 Si te causa potens domina retinebit in urbe,  
 Accipe consilium quod sit in urbe meum.  
 Optimus ille fuit uindex, ledentia pectus  
 Vincula qui rupit, dedoluitq; semel.  
 Sed cui tantum animi est, illum morabor & ipse,  
 Et dicam, monitis non eget iste meis.

\*decurrit



Tu modo qui, quod amas, ægre dediscis amare,  
Nec potes, & uelles posse, docendus eris.

// Sæpe refer tecum scelera facta puellæ,  
Et pone ante oculos omnia damna tuos.  
Illud, & illud habet, nec ea contenta rapina est.  
Sub titulum nostros misit auara lares.

Sic mihi iurauit, sic me iurata sefellit,  
Ante suas quoties passa iacere fores.

Diligit ipsa alios, à me fastidit amari:  
Institor heu noctes, quas mihi non dat, habet.

Hæc tibi per totos marcescant omnia sensus:  
Hæc refer, hinc odij semina quære tui.

Atque utinam posses etiam facundus in illis  
Esse: dole tantum, sponte disertus eris.

Hæserat in quadam nuper mea cura puella,  
Conueniens animo non erat illa meo.

Curabar proprijs æger Podalirius herbis:  
Et (fateor) medicus turpiter æger eram.

Profuit assiduè uitij insistere amicæ,  
Idq; mihi factum sæpe salubre fuit.

Quàm mala dicebam nostræ sunt crura puellæ:  
Nec tamen, ut uerum confiteamur, erant.

Brachia quàm non sunt nostræ formosa puellæ:  
Nec tamen, ut uerum confiteamur, erant.

• Quàm breuis est, \* nec erat: quàm multum poseit amantem  
Hinc odio uenit maxima causa meo.

Et mala sunt uicina bonis: errore sub illo  
Pro uitio uirtus crimina sæpe iulit.

Quàm potes in peius dotes despecte puellæ,  
Iudiciūq; breui limite falle tuum.

Turgida, si plena est: si fusca est, nigra uocetur:

In gracili, macies crimen habere potest:  
Et poterit dici petulans, quæ rustica non est:  
Et poterit dici rustica, si qua proba est.

Quin etiam quacunque caret tua dote puella,  
Hanc moueat, blandis usque precare sonis.  
Exige quod cantet, si qua est sine uoce puella.  
Fac saltet, nescit si qua mouere pedem.

Barbara sermone est: fac tecum multa loquatur.  
Non didicit chordas tangere? posce lyram.

Durius incedit? fac ut ambulet: omne papillæ  
Pectus habent tumidæ? fascia nulla tegat:

Si malè dentata est: narra quod rideat illa.  
Mollibus est oculis? quod fleat illa, refer.

Proderit & subito, cum se non sinxerit ulli,  
Ad dominam celeres manè tulisse gradus.

Auferimur cultu: gemmis, auroq; teguntur  
Omnia: pars minima est ipsa puella sui.

Sæpe (ubi sit) quod ames, inter tam multa requiras:  
Decipit hac oculos ægide diues amor.

Improuisus ades, deprendas tutus inermem,  
Infelix uitij excidet illa suis.

Non tamen huic nimium præcepto credere tutum est,  
Fallit enim multos forma sine arte decens.

Tu quoque compositis sua cum linit ora uenenis  
Ad dominæ uultus, nec pudor obstet, eas.

Pyxidas inuenies, & rerum mille colores,  
Et fluere in tepidos æsopa lapsa sinus.

Illas tuas redolent Phineu medicamina mensas:  
Non semel \* est stomacho nausea facta meo.

Nunc tibi, quæ medio Veneris præstemus in usu  
Eloquar: est omni parte fugandus amor.

Multa quidem ex illis pudor est mihi dicere, sed tu  
 Ingenio uerbis concipe plura meis.  
 Nuper enim nostros quidam carpsere libellos,  
 Quorum censura Musa proterua mea est.  
 Dum modò sic placeam, dum toto canter in orbe,  
 Quàm uolet, impugnet unus, & alter opus.  
 Ingenium magni liuor detrectat Homeri,  
 Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes.  
 Et tua sacrilegæ laniarunt carmina linguae  
 Pertulit huc uictos quo duce Troia Deos.  
 / Summa petit liuor, persflant altissima uenti:  
 Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.  
 / At tu quicumque es, quem nostra licentia lædit,  
 Si sapi, ad numeros exige quæque suos.  
 Fortia Mæonio gaudent pede bella referrî.  
 Delicijs illic quis locus esse potest?  
 Grande sonant Tragici, Tragicos decet ira cothurnos:  
 Versibus è medijs foccus habendus erit.  
 Liber in aduersos hostes stringatur Iambus,  
 Seu celer, extremum seu trahat ille pedem.  
 Blanda pharetratos Elegeia cantet amores:  
 Et leuis arbitrio ludat amica suo.  
 Callimachi numeris non est dicendus Achilles:  
 Cydippe non est oris Homere tui.  
 Quis feret Andromaches peragentem Thaida partes?  
 Peccat in Andromache Thaida siquis agat.  
 Thais in arte mea est, lasciuia libera nostra est:  
 Nil mihi cum uita est: Thais in arte mea est.  
 Si mea materiae respondet Musa iocose,  
 Vicimus, & falsi criminis acta rea est.  
 Rumpere liuor edax, magnum iam nomen habemus:

Maius erit, tantum, quo pede coepit, eat.  
 Sed nimium properas, uiuam modò, plura dolebis:  
 Et capiant anni carmina multa mei.  
 Nam iuuat, & studium famæ mihi crescit honore:  
 Principio cliui noster anhelat equus.  
 Tantum se nobis elegi debere fatentur,  
 Quantum Vergilio nobile debet opus.

P. OVIDII NASO-  
 NIS SVLMONENSIS DE  
 REMEDIO AMORIS  
 LIBER II.



ACTENVS inuidiæ respondimus,  
 attrahe lora  
 Fortius, & gyro curre poëta tuo.  
 Ergo ubi concubitus, & opus iuuenile pe-  
 tetur,

Et prope promissæ tempora noctis erunt,  
 Gaudia ne dominæ, pleno si corpore sumes,  
 Te capiant: incas quamlibet ante uelim.  
 Quamlibet inuenias, in qua tua prima uoluptas  
 Desinat: à prima, proxima segnis erit.  
 Sustentata Venus gratissima: frigore soles,  
 Sole iuuant umbræ, grata fit unda siti.  
 Et pudet, & dicam, Veneris quoque iunge figuras,  
 Quas minime iungi, quas ue decere putes.  
 Nec labor efficere est: raræ tibi uera fatentur:  
 Et nihil est, quod se dedecuisse putent.  
 Tunc etiam iubeo totas aperire fenestras,  
 Turpiaq; admissio membra notare dic.

At simul ad metas uenit finita uoluptas,  
 Lassaq; cum tota corpora mente iacent:  
 Dum piget, & nullam malles tetigisse puellam,  
 Tacturusq; tibi non uideare diu:  
 Tunc animo signa quaecumque in corpore menda est,  
 Luminasq; in uicinis illius usque tene.  
 Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parua uocabit:

Sed quæ non profunt singula, multa iuuant.

Parua necat morsu spatiosum uipera taurum.

A cane non magno sepe tenetur aper.

*\*percepta* Tu tantum numero pugna, *\*precepta*q; in unum

Contrahere: de multis grandis aceriùs erit.

Sed qui sunt totidem mores, totidemq; figure,

Non sunt iudicij omnia danda meis.

Quo tua non possunt offendi pectora facto,

Forsitan hoc alio iudice crimen erit:

Ille quod obscenas in aperto corpore partes

Viderat, in cursu qui fuit, hæsit amor.

Ille quod à Veneris rebus surgente puella

Vidit in immundo signa pudenda toro.

*\*mouere* Luatit o si quos potuerunt ista *\*iuuare*:

Afflarant tepide pectora uestra faces.

Attrahat ille puer contentos fortiùs arcus:

Saucia maiorem turba petetis opem.

Quid, qui clam latuit reddente obscena puella?

*\*mos ipse* Et uidit, quæ *\*mox ipsa* uidere uetat?

Dij melius, quàm nos moneamus talia quenquam?

Vt profint, non sunt experienda tamen.

Hortor, & ut pariter binas habeatis amicas:

Fortior est, plures si quis habere potest.

Secunda bipartito cum mens discurrit utroque,

Alterius uires subtrahit alter amor.

Grandia per multos tenuantur flumina riuos:

Magnaq; subducto stipite flamma perit.

Non satis una tenet ceratas anchora puppes:

Nec satis est liquidis unicus hamus aquis.

Qui sibi iam pridem solatia bina parauit,

Iam pridem summa uictor in arce fuit.

At tibi qui fueras dominæ malè creditus uni,

Nunc saltem nouus est inueniendus amor.

Pasiphaës Minos in Prognide perdidit ignes,

Cessit ab idæa coniuge uicta prior.

Amphilochi frater ne Phagida semper amaret,

Callirhoë fecit parte recepta tori.

Et Paris Oenonen summos tenuisset in annos,

Si non Oebalia pellice lesa foret.

Coniugis Odrysi placuisset forma tyranno,

Sed melior clausæ forma sororis erat.

Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat?

Successore nouo uincitur omnis *\*amor*.

Parcius è multis mater desiderat unum,

Quàm, quæ stens clamat, tu mihi solus eras.

Et, ne forte putes noua me tibi condere iura,

(Atque utinam inuenti gloria nostra foret)

Vidit id Atrides (quid enim non ille uideret,

Cuius in arbitrio Græcia tota fuit?)

Marte suo captam Chryseida uictor amabat,

At senior stultè flebat ubique pater.

Quid lacrymas odiose senex? bene contigit illi,

Officio natam lædis inepte tuo.

Quam postquam reddi Calchas ope tutus Achillis

Iusserat, & patria est illa recepta domo,

Alterius

Atrides

*\*amans*

Atrides ait, est illius proxima forma,  
 Et, si prima sinat littera, nomen idem.  
 Hanc mihi, si sapiat, per se concedat Achilles,  
 Sin minus, imperium sentiet ille meum.  
 Quod si quis uestrum factum hoc incusat Achivi,  
 Est aliquid ualida sceptrā tenere manu.  
 Nam, si rex ego sum, nec mecum dormiat illa,  
 In mea Therstes regna licebit, eat.  
 Dixit, & hanc habuit solatia magna prioris,  
 Et prior est cura curā repulsa noua.  
 Ergo assume nouas autore Agamemnone flammās,  
 Et tuus in uiui detineatur amor.  
 Queris ubi inuenias, artes tu perlege nostras,  
 Plena puellarum iam tibi nauis erit.  
 Quod si quid præcepta ualent mea, si quid Apollo  
 Utile mortales edocet ore meo,  
 Quamuis infelix media torreberis Aetna,  
 Frigidior dominæ fac uideare tuæ.  
 Et sanum simula, nec si quid fortè dolebis  
 Sentiāt, & ride, cum tibi flendus eris.  
 Non ego te iubeo medias abrumpere flammās,  
 Non sunt imperij tam fera iussa mei.  
 Quod non est, simula: positosq; imitare furores,  
 Sic facies uerè, quod meditatū eris.  
 Sæpe ego ne biberem, uolui dormire uideri,  
 Dum uideor, somno lumina uicta dedi.  
 Deceptum risi, qui se simularat amare,  
 In laqueos auceps decideratq; suos.  
 Intrat amor mentes usu, dediscitur usu:  
 Qui poterit sanum fingere, sanus erit.  
 Dixerit ut uenias pacta tibi nocte, uenito:

Veneris

Veneris, & fuerit ianua clausa, ferēs.  
 Nec dic blanditias, nec dic conuitia postī,  
 Nec latus in duro limine pone tuum.  
 Postera lux aderit: careant tua uerba querelis,  
 Et nulla in uultu signa dolentis habe.  
 Iam ponet fastus, cum te languere uidebit:  
 Hoc etiam nostra munus ab arte ferēs:  
 Te quoque fallēt amor, dum sit tibi finis amandi:  
 Propositis frenis sæpe repugnat equus.  
 Utilitas lateat, quod non proficere, fiet:  
 Quæ nimis apparent retia, uitat auis.  
 Nec tibi tam placeat, \* quod eam contemnere \* possis:  
 Sume animos, animis cedat ut illa tuis.  
 Ianua forte patet: quamuis reuocabere, transi.  
 Est data nox, dubita nocte uenire data.  
 Posse pati facile est: tibi ni patientia desit,  
 Protinus ex facili gaudia ferre licet.  
 Et quisquam præcepta potest mea dura uocare?  
 En etiam partes conciliantis ago.  
 Nam quoniam uariant animi, uariabimus artes:  
 Mille mali species, mille salutis erunt.  
 Corpora uix ferro quædam sanantur acuto,  
 Auxilium multis succus, & herba fuit.  
 Mollior es, nec abire potes, uinctusq; teneris,  
 Et tua seuus amor sub pede colla premit:  
 Desine luctari, referant tua carbasa uenti,  
 Quæq; uocant fluctus, hac tibi remus eat.  
 Explenda est sitis tibi, qua perditus ardes:  
 Cedimus, e medio iam licet amne bibas.  
 Sed bibe plus etiam, quam quod præcordia poscunt,  
 Gutturæ fac pleno sumpta redundet aqua.

\* ut te  
\* possit

x x

Et fru

Et fruce usque tua nullo prohibente puella,  
 illa tibi noctes auferat, illa dies.  
 Tædia quere mali: faciunt & tædia finem:  
 Iam quoque, cum credas posse carere mane.  
 Dum bene tu cumulas, tibi copia tollit amorem,  
 Et fistidita non libet esse domo.  
 Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.  
 Hunc si tu queris ponere, pone metum.  
 Qui timet, ut sua sit, nequis sibi subtrahat illam,  
 Ille Machaonia uix ope sanus erit.  
 Plus amat è natis mater plerunque duobus,  
 Pro cuius reditu, quod gerit arma, tinct.  
 Est prope Collinam templum uenerabile portam,  
 Imposuit templo nomina celsus Eryx.  
 Est illic Lethæus Amor qui pectora sanat,  
 Inq; suas gelidam lampadas addit aquam.  
 Illic & iuuenes uotis obliuia poscunt,  
 Et si qua est duro capta puella uiro.  
 Is mihi sic dixit: dubito, uerus'ne Cupido,  
 An somnus fuerit, sed puto somnus erat:  
 O' qui sollicitos modo das, modo demis amores,  
 Adijce præceptis hæc quoque Naso tuis.  
 Ad mala quisque animum referat sua, ponet amorem,  
 Omnibus illa Deus plus uæ, minus uæ dedit.  
 Qui puteal, lanumq; timet, celeresq; Calendas,  
 Torqueat hunc eris mutua summa sui.  
 Cui durus pater est, ut uoto cætera cedant,  
 Huic pater ante oculos durus habendus erit.  
 Hic malè dotata pauper cum coniuge uiuit,  
 Vxorcm fato credat obesse suo.  
 Est tibi rure bono generosæ fertilis uix

Vinea,

Vinea, ne nascens usta sit uua time.  
 Ille habet in reditu nauem, mare semper iniquum  
 Cogitet, & damno littora sæua suo.  
 Filius hunc miles, hunc filia nubilis angat,  
 Et quis non causas mille doloris habet?  
 Ut posses odisse tuam Pari, funera fratrum  
 Debueras animo sæpe referre tuo.  
 Plura loquebatur placidè puerilis imago,  
 Destituit somnus, si modò somnus erat.  
 Quid faciam? media nauem Palinurus in unda  
 Deserit, ignotas cogor inire uias.  
 Quisquis amas, loca sola nocent: loca sola caueto:  
 Quò fugis? in populo tutior esse potes.  
 Nam tibi secretos augent secreta furores.  
 Est opus auxilio, turba futura tibi est.  
 Tristis eris, si solus eris, dominæq; relictæ  
 Ante oculos facies stabit ut ipsa tuos.  
 Tristior idcirco nox est, quàm tempora Phœbi,  
 Quæq; leuet luctus turba sodalis abest.  
 Nec fuge colloquium, nec sit tua ianua clausa,  
 Nec tenebris \*uultus flebilis abde tuos. \*luctus  
 Semper habe Pyladen aliquem, qui curet Oresten:  
 Hic quoque amicitie non leuis usus erit.  
 Quid nisi secreta leserunt Phyllida syluæ?  
 Certa necis causa est, incommutata fuit.  
 Ibat ut \*Aemonio referens trieterica Baccho \*Aedonio  
 Ire solet fufis barbaraturba comis.  
 Et modò, quâ poterat, latum spectabat in æquor,  
 Nunc in arenosa lassa iacebat humo.  
 Perfide Demophoon surdas clamabat ad undas,  
 Ruptaq; singultu uerba loquentis erant.

xx 2

Limes

Limes erat tenuis longa subnubilus umbra,  
 Quò tulit illa suos ad mare sæpe pedes.  
 Nona terebatur miseræ uia : uiderit, inquit,  
 Et spectat zonam pallida facta suam.  
 Aspicit & ramos, dubitat, refugitq; quod audet:  
 Et timet, & digitos ad sua colla refert.  
 Sithoni tunc certe uellem ne sola fuisses,  
 Non fleisset positus Phyllida sylua comis.  
 Phyllidis exemplo nimium secreta caute:  
 Læse uir à domina, læsa puella uiro.  
 Præstiterat iuuenis quicquid mea Musa iuebat,  
 Inq; suæ portu penè salutis erat:  
 Decidit ut cupidus inter deuenit amantes,  
 Et quæ deciderant tela, resumpsit amor.  
 Si quis amas, nec uis, facias contagia uites:  
 Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.  
 Dum spectant læsos oculi, læduntur & ipsi,  
 Multaq; corporibus transiitione nocent.  
 In loca nonnunquam siccis arentia glebis,  
 De propè currenti flumine manat aqua.  
 Manat amor tectus, si non ab amante recedas,  
 Turbaq; in hoc omnes ingeniosa sumus.  
 Alter item iam sanus erat, uicinia læsit,  
 Occursum dominæ non tulit ille suæ.  
 \*firma *Vulnus in antiquum redijt malè \*sana cicatrix,*  
*Successumq; artes non habuere meæ.*  
 Proximus à tectis ignis defenditur agrè,  
 Utile finitimis abstinuisse locis.  
 Nec, quæ ferre solet spatiantem porticus illam,  
 Te ferat, officium ne ue colatur idem.  
 Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem?

Alter,

Alter, si possis, orbis habendus erit.  
 Non facile esuriens posita retinere mensa,  
 Et multam saliens incitat unda sitim:  
 Non facile est taurum uisa retinere iuuenca,  
 Fortis equus uise semper adhinnit equæ.  
 Hæc ubi præstiteris, ut tandem littora tangas,  
 Non ipsam satis est deseruisse tibi.  
 Et soror, & mater ualeant, & conscia nutrix,  
 Et quisquis dominæ pars erit ulla tuæ.  
 Nec ueniat seruus, nec flens ancillula fictum  
 Suppliciter dominæ nomine dicat, aue.  
 Nec, si scire uoles, quid agat, tamen ipse rogabis:  
 Perfer, erit lucro lingua retenta tuo.  
 Tu quoque, qui causam \*fugitiu queris amoris,  
 Deq; tua domina multa querenda refers:  
 Parce queri, melius sic te ulciscere tacendo,  
 Dum desiderijs effluat illa tuis.  
 Et malim taceas, quam te desisse loquaris:  
 Qui nimium multis non amo dicit, amat.  
 Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis,  
 Quàm subito: lentè desine, tutus eris:  
 Flumine perpetuo torrens solet altius ire,  
 Sed tamen hæc breuis est, illa perennis aqua.  
 Fallat, & in tenues euavidus exeat auras,  
 Perq; gradus molles emoriatur amor.  
 Sed modò dilectam scelus est odisse puellam:  
 Exitus ingenijs conuenit iste feris.  
 Nec curandus adest, odio qui finit amorem,  
 Aut amat, aut agrè desinit esse miser.  
 Turpe uir, & mulier iuncti modò, protinus hostes,  
 Non istas lites Appias ipsa probat.

\*finito red-  
dis amori

xx 3

Sæpe

Sæpe reas faciunt, & amant: ubi nulla simultas  
 Incidit, admonitu liber aberrat amor.  
 Fortè aderat iuuenis, dominam lætica tenebat,  
 Horrebant sæuis omnia uerba minis.  
 Iamq; uadaturus lætica prodeat (inquit)  
 Prodierat, uisa coninge mutus erat.  
 Et manus, & manibus duplices cecidere tabellæ,  
 Venit in amplexus, atque ita, uincis, ait.  
 Tutius est, aptumq; magis discedere pace,  
 Quàm petere à thalamis litigiosa fora.  
 Munera, quæ dederas, habeat sine lite iubeto:  
 Esse solent magno damna munera bono.  
 Quid, si uos casus aliquis conducat in unum,  
 Mente memor tota quæ damus arma tene.  
 Hic opus est armis, hic ò fortissime pugna,  
 Vincenda est telo Penthesilea tuo.  
 Nunc tibi riualis, nunc durum limen amicæ,  
 Nunc subeant medijs irrita uerba deis.  
 Nec compone comas, cum sis uenturus ad illam,  
 Nec toga sit laxo conspicienda sinu.  
 Nulla sit ut placeas alienæ cura puellæ,  
 Iam face, ut è multis illa sit una tibi.  
 Sed quid præcipue uestris conatibus obstat,  
 Eloquar, exemplo quenque docente suo.  
 Desinimus tardè, quia nos speramus amari:  
 Dum sibi quisque placet, credula turba sumus.  
 At tu nec uoces (quid enim fallacius illis?)  
 Crede, nec æternos pondus habere Deos.  
 Ne ue puellarum lacrymis mouere caueto:  
 Ut flerent, oculos erudiere suos.  
 Artibus innumeris mens oppugnatur amantum,

Vt lap

Vt lapis æquoreis undique pulsus aquis.  
 Nec causas aperi, quare diuortia malis:  
 Nec dic quòd doleas, clam tamen usque dole.  
 Nec peccata refer, ne diluat ipsa caueto:  
 Vt melior causâ causa sit illa tua.  
 Qui silet, est firmus qui dicit multa puellæ  
 Probra, satisfieri postulat ille sibi.  
 Non ego Dulichias furiali more sagittas,  
 Nec raptas ausim tingere in amne faces.  
 Nec nos purpureas pueri rescabimus alas,  
 Nec sacer arte mea laxior arcus erit.  
 Consilium est quodcunque cano, parete monenti:  
 Vt faueas cæptis Phœbe saluber ades.  
 Phœbus adest, sonuere Lyrae, sonuere pharetræ.  
 Signa Deum nosco per sua: Phœbus adest.  
 Confer Amyclæis medicatum uellus abenis  
 Murice cum Tyrio: turpius illud erit.  
 Vos quoque formosis uestras conferte puellas:  
 Incipiet dominæ quenque pudere suæ.  
 Vtraque formosæ Paridi potuere uideri,  
 Sed tibi collatam uincis utranque Venus.  
 Nec solam faciem, mores quoque confer, & artes,  
 Tantum iudicio ne tuus \* obstat amor.  
 Exiguum est, quod deinde canam: sed profuit illud  
 Exiguum multis, in quibus ipse sui.  
 Scripta caue relegas blandæ seruata puellæ:  
 Constantes animos scripta relecta mouent.  
 Omnia pone feros (quamuis inuitus) in ignes:  
 Et dic, ardoris sit rognus iste mei.  
 Thesias absentem succendit stipite natum:  
 Tu timide flammis perfide uerba dabis?

xx

Si

Si potes, & ceras remoue: quid imagine muta  
Carperis? hoc perijt Laodamia modo.

Et loca sepe nocent: fugito loca conscia uestri  
Concubitus: causas illa doloris habent.

Hic fuit: hic cubuit, thalamo dormiuimus illo:  
Hic mihi l. sciua gaudia nocte dedit.

\*recreatur Admonitu \* reuocatur amor: uulnusq; nouatum

\*infirmis Scinditur, \* & firmis causa pusilla nocet.

Ut penè extinctum cinerem si sulfure tangas,  
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit:

Sic, nisi uitaris quicquid reuocabit amorem,  
Flamma redardescet, quæ modò nulla fuit.

Argolicæ cupèrent fugisse Capharea puppes,  
Teq; senex luctus ignibus ulte tuos.

Præterita cautus Rhipheide nauita gaudet:  
Tu loca, quæ nimium grata fuere, caue.

Hæc tibi sunt Syrtes, hæc Acroceramia uita,  
Hic uomit epotas dira Charybdis aquas.

Sunt quæ non possunt aliquo cogente iuberi,  
Sæpe tamen casus facta leuare solent.

Perdat opes Phædra, parces Neptune nepoti,  
Nec faciet pauidos taurus auitus equos.

Gnosida fecisses inopem, sapientes amasset.  
Diuitijs alitur luxurius amor.

Cur nemo Hecalen, nulla est, quæ ceperit Irum?  
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Non habet unde suum paupertas pascat amorem:  
Non tamen hoc tanti est, pauper ut esse uelis.

At tanti tibi sit non indulgere theatris,

Dum bene de uacuo pectore cedat amor.  
Eneruant animos citharæ, cantusq; lyræq;

Et uox,

Et uox, & numeris brachia mota suis.

Illic assidue ficti \* cantantur amantes,

Quid caueas, actor, quid iuuet, arte docet.

Eloquar unuitus, teneros ne tange poetas:

Summonco dotes impius ipse meas.

Callimachum fugito, non est inimicus amori.

Et cum Callimacho tu quoque Coë noces.

Me certè Sapphò meliorem fecit amicæ:

Nec rigidos mores Teia musa dedit.

Carmina quis potuit tutò legisse Tibulli?

Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit?

Quis potuit lecto durus discedere Gallo?

Et mea nescio quid carmina: tale sonant.

Quòd, nisi dux operis uatem frustratur Apollo,

Aemulus est nostri maxima causa mali.

At tu rualem noli tibi fingere quenquam,

Inq; suo solam crede iacere toro.

Acrius Hermionen ideo dilexit Orestes,

Esse quòd alterius coeperat illi uiri.

Quid Menelaë doles: ibas sine coniuge Creten,

Et poteras nupta letus abesse tua.

Ut Paris hanc rapuit, tum demum uxore carere

Non potes: alterius creuit amore tuus.

Hoc & in abducta Bryseide flebat Achilles,

Illam Plisthenio gaudia ferre uiro.

Nec frustra flebat, fecit (mihi credite) Atrides:

Quod si non faceret, turpiter esset iners.

Certè ego fecissem, nec sum sapientior illo:

Inuidiæ fructus maximus ille fuit.

Nam sibi quod nunquam tactam Bryseida iurat

Per sceptrum, sceptrum non putat esse deos.

xx 5

Dij

\*saltantur



Dij faciant, possis domina transire relictae  
 Limina, proposito sufficientiq; pedes.  
 Et poteris, modo uelle tene, nunc fortiter ire,  
 Nunc opus est celeri subdere calcar equo.  
 Illo Lotophagos, illo Seirenas in antro  
 Esse puta, remis adijce uela tuis.  
 Hunc quo uel nimium quondam riuale dolebas,  
 Vellem desineres hostis habere loco.  
 Aut certe, quamuis odio remanente saluta:  
 Oscula cum poteris iam dare, sanus eris.  
 Ecce cibos etiam (medicinæ fungar ut omni  
 Munere) quos fugias, quos ne sequare dabo.  
 Daunius an Libycis bulbus tibi missus ab oris,  
 An ueniat Megaris, noxius omnis erit.  
 Nec minus erucas aptum est uitare salacis:  
 Et quicquid Veneri corpora nostra parat.  
 Utilius sumas acuentes lumina ruras,  
 Et quicquid Veneri corpora nostra negat.  
 Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, queris:  
 Spe breuius monitus experiere meos.  
 Vina parant animos Veneri, nisi plurima sumas,  
 Et stupeant multo corde sepulta mero.  
 Nutritur uento, uento restinguitur ignis:  
 Lenis alit flammam, grandior aura necat.  
 Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut tibi curas  
 Eripiat: si quis est inter utrunque, nocet.  
 Hoc opus exegi: fessæ date ferta carinæ:  
 Contigimus portum, quod mihi cursus erat.  
 Postmodò reddetis sacro pia uota poetæ  
 Carmine sanati femina, uirq; meo.

F I N I S.

P. OVID

P. OVIDII NASO-  
 NIS IN QVENDAM, QVEM  
 VOCAT IBIN.



EMPVS ad hoc lustris bis iam mihi  
 quinque peractis,  
 Omne fuit misæ carmen inerme meæ.  
 Nullaq; , quæ possit, scriptis tot millibus  
 extat,

Littera Nasonis sanguinolenta legi.  
 Nec quenquam nostri nisi me, læsere libelli,  
 Artificis perijt cum caput arte sua.  
 Vnus (& hoc ipsum est iniuria magna) perennem  
 Candoris titulum non sinit esse mei.  
 Quisquis is est (nam nomen adhuc utrunque tacebo)  
 Cogit inassuetas sumere tela manus,  
 Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus,  
 Non sinit exilio delituisse meo.  
 Vulneraq; immittis requiem querentia uexat,  
 Iactat & in toto \*crimina nostra foro.  
 Perpetuoq; mihi sociatam fœdere lecti  
 Non patitur miseri funera flere uiri.  
 Cumq; ego quassa meæ complectar membra carinæ,  
 Naufragij tabulas pugnat habere mei.  
 Et qui debuerat subitas extinguere flammam,  
 Is præd. in medio raptor ab igne petit.  
 Nititur ut profugæ desint alimenta senectæ:  
 Heu quanto est nostris dignior ille malis.  
 Dij melius, quorum longè mihi maximus ille,  
 Qui nostras inopes noluit esse uias.  
 Huic igitur meritas grates, ubicunque licebit

\*nomina

Pro

Pro tam mansueto pectore semper agam.  
 Audiet hoc Pontus, faciet quoque forsitan idem:  
 Terra sit ut propior testificanda mihi.  
 At tibi, calcasti qui me uolente iacentem,  
 Quam licet & misero debitus hostis ero.  
 Desinet esse prius contrarius ignibus humor,  
 Iunctaq; cum Luna lumina Solis erunt:  
 Parsq; eadem cœli Zephyros emittet, & Euros,  
 Et tepidus gelido flabit ab axe Notus:  
 Et noua fraterno ueniet concordia fumo,  
 Quam uetus accensa separat ira pyra:  
 Et uer autumnus, brumæ miscbitur æstas,  
 Atque eadem regio, uesper & ortus erit:  
 Quam mihi sit tecum, positus, quæ sumpsimus, armis  
 Gratia, commissis improbe rupta tuis:  
 Quam dolor hic unquam spatium euanescere possit,  
 Leniat aut odium tempus, & hora meum.  
 Pax erit hæc nobis, donec mihi uita manebit,  
 Cum pccore infirmo quæ solet esse lupis.  
 Prima quidem cœpto committam prælia uersu,  
 Non soleant quamuis hoc pede bella geri.  
 Utq; petit primo plenum flauentis arenæ  
 Nondum calfacti uelutis hasta solum:  
 Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto,  
 Protinus inuisum nec petet hasta \*caput.  
 Et neque nomen in hoc, nec dicam facta libello:  
 Teq; breui qui sis, dissimulare sinam.  
 Postmodò si perges, in te mihi liber Iambus  
 Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.  
 Nunc quo Battia des inimicum deuouet Ibin,  
 Hoc ego deuoueo teq; tuosq; modo.

\*solum

Utq; ille, historijs inuoluam carmina cæcis,  
 Non soleam quamuis hoc genus ipse sequi.  
 illius ambages imitatus in ibide dicar  
 Oblitus moris, iudicijq; mei.  
 Et quoniam, qui sis, nondum quærentibus edo,  
 Ibdidis interea tu quoque nomen habe.  
 Utq; mei uersus aliquantum noctis habebunt,  
 Sic uitæ series tota sit atra tuæ.  
 Hæc tibi natali facito, Ianiq; calendis,  
 Non mentituro quilibet ore legat.  
 Dij maris, & terræ, quiq; his meliora tenetis  
 Inter diuersos cum Ioue regna polos,  
 Huc precor, huc uestras omnes aduertite mentes,  
 Et finite optatis pondus inesse meis:  
 Ipsaq; tu tellus, ipsum cum fluctibus æquor,  
 Ipse meas æther accipe summe preces  
 Syderaq; & radijs circumdata Solis imago,  
 Lunaq; quæ nunquam, quo prius ore, micas.  
 Noxq; tenebrarum specie reuerenda tuarum,  
 Quæq; ratum triplici pollice netis opus.  
 Quiq; per infernas horrendo murmure ualles,  
 Imperiurata laberis amnis aque.  
 Quasq; ferunt torto uittatis angue capillis  
 Carceris obscuras ante sedere fores.  
 Vos quoque plebs superum, Fauni, Satyri, Laresq;  
 Fluminaq; & Nympha, semideumq; genus:  
 Denique ab antiquo, diui ueteresq; nouiq;  
 In nostrum cuncti tempus adeste, Chao:  
 Carmina dum capti diro malefida canuntur,  
 Et peragunt partes ira, dolorq; suas,  
 Annuite optatis omnes ex ordine nostris,

Utq;

Et sit

Et sit pars uoti nulla caduca mei.  
 Quæq; (precor) fiant, ut non mea dicta, sed ille  
 Pasiphaës generi uerba fuisse putet.  
 Quasq; ego transiero pœnas, patiatur & illas,  
 Plenius ingenio sit miser ille meo.  
 Ne'ue minus noceant fictum execrantia nomen  
 Vota, minus magnos commoueantq; Deos:  
 Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin,  
 Qui scit se factis has meruisse preces.  
 Nulla mora est in me, peragam rata uota sacerdos:  
 Quisquis ades, sacris ore fauete meis.  
 Quisquis ades sacris, lugubria dicite uerba,  
 Et fletu madidis Ibin adite genis.  
 Omnibusq; malis, pedibusq; occurrite læuis,  
 Et nigræ uestes corpora uestra tegant.  
 Tu quoque, quid dubitas feras sumere uitas?  
 Iam stat (ut ipse uides) funeris ara tui.  
 Pompa parata tibi est, uotis mora tristibus absit,  
 Da iugulum cultris hostia dira meis.  
 Terra tibi fruges, amnis tibi denegat undas,  
 Denegat afflatus uentus, & aura suos.  
 Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe,  
 Destituant oculos sydera clara tuos.  
 Nec se Vulcanus, ne se tibi præbeat aër,  
 Nec tibi det tellus, nec tibi Pontus iter.  
 Exul, inops, erres, alienaq; limina lustras,  
 Exiguumq; petas ore tremente cibum.  
 Nec corpus querulo, nec mens uacet ægra dolore,  
 Noxq; die grauior sit tibi, nocte dies.  
 Sisq; miser semper, nec sis miserabilis ulli:  
 Gaudeat aduersis foemina, uirq; tuis.

Accedit

Accedat lacrymis odium, dignusq; puteris,  
 Qui mala cum tuleris plurima, plura feras.  
 Sitq; (quod est rarum) solito desocta fauore  
 Fortunæ facies inuidiosæ tuæ.  
 Causiq; non desit, d. sit tibi copia mortis,  
 Optatam fugiat uita coacta necem.  
 Luctatusq; diu cruciatos spiritus artus  
 Deferat, & longa torqueat ante mora.  
 Euenient, dedit ipse mihi modò signa futuri  
 Phœbus, & à læua mœsta uolauit auis.  
 Certè ego quæ uoueo, superos motura putabo,  
 Speq; tuæ mortis perfide semper alar.  
 Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim,  
 Finiet illa dies, quæ mihi tarda uenit.  
 Et prius hanc animam nimium tibi sepe petitam  
 Auferet illa dies, quæ mihi sera uenit,  
 Quam dolor hic unquam spatio euanescere possit,  
 Leniat aut odium tempus, & hora mecum.  
 Pugnabunt iaculis dum Thraces, lazuges arcu,  
 Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit,  
 Robora dum montes, dum pabula mollia campi,  
 Dum Tyberis liquidas Thuscus habebit aquas,  
 Belli geram tecum: nec mors mihi finiet iras:  
 Seu a sed \* immanis manibus arma dabo.  
 Tunc quoque cum fuero uacuas dilapsus in auras,  
 Exanimis manes oderit umbra tuos.  
 Tunc quoque factorum ueniam memor umbra tuorum,  
 Insequar & uultus ossæ forma tuos.  
 Siue ego, quod nollem, longis consumptus ab annis,  
 Siue manu facta morte solutus ero:  
 Siue per immensas iactabor naufragus undas,

\* in manes

Nostraq;

Nostraq; longinquus uiscera piscis edet:  
 Siue peregrinae carpent mea membra uolucres,  
 Siue meo tingent sanguine rostra lupi:  
 Siue aliquis dignatus erit supponere terræ,  
 Et dare plebeio corpus inane rogo:  
 Quicquid ero, Stygijs erumpere nitax ab oris,  
 Et tendam gelidas ultor in ora manus.  
 Me uigilans cernes: tacitis ego noctis in umbris  
 Executiam somnos uisus adesse tuos.  
 Denique quicquid ages, ante os, oculosq; uolabo,  
 Et querar, & nulla sede quietus eris.  
 \*scua Verbera \* torta dabunt sonitum, nexaq; colubris  
 Conscia fumabunt semper ad ora faces.  
 His uiuus furijs agitabere, mortuus iisdem:  
 Et breuior pœna uita futura tua est.  
 Nec tibi continget funus, lacrymæq; tuorum:  
 Inde ploratum proijciere caput.  
 Carnificisq; manu populo plaudente traheris:  
 Infixusq; tuis osibus uncus erit.  
 Ipse te fugient, quæ carpunt omnia, flammæ,  
 Respuet inuisum iusta cadauer humus.  
 Vnguibus, & rostro tardus trahet illa uultur,  
 Et scindent auidi perfida corda canes.  
 Deq; tuo fiet, licet hac sis laude superbus,  
 Insatiabilibus corpore rixa lupis.  
 In loca ab Elysij diuersa fugabere campis,  
 Quæq; tenet sedes noxia turba, coles.  
 Sisyphus est illic saxum uoluensq; petensq;  
 Quiq; agitur rapide uinctus ab orbe rotæ.  
 Quæq; gerunt humeris perituræ Belides undas,  
 Exulis Aegypti turba cruenta nurus.

Poma pater Pelopis præsentia querit, & idem  
 Semper eget liquidis, semper abundat aquis.  
 Iugeribusq; nouem, qui summus distat ab imo,  
 Visceraq; assidue debita præbet aui.  
 Sic tibi de furijs scindat latus una flagello,  
 Ut sceleris numeros confiteare tui.  
 Altera tartareis sectos dabit unguibus artus,  
 Tertia fumantes incoquet igne genas.  
 Noxia mille modis lacerabitur umbra, tuasq;  
 Acacus in pœnas ingeniosus erit.  
 In te transcribet ueterum tormenta uirorum:  
 Manibus antiquis causa quietis eris.  
 Sisyphæ cui tradas reuolubile pondus habebis,  
 Versabunt celeres nunc noua membra rotæ.  
 Hic erit, & ramos frustra qui captet, & undas,  
 Hic inconsumpto uiscere pascet aues.  
 Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,  
 Horaq; erit tantis ultima nulla malis.  
 Inde ego pauca canam, frondes ut siquis ab Ida,  
 Et summam Libyco de mare carpat aquam.  
 Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla,  
 Quotue ferat dicam terra Cilissa crocos:  
 Nec cum tristis hyems Aquilonis inhorruit alis,  
 Quam multa fiat grandine canus Athos:  
 Nec mala uoce mea poterunt tua cuncta referri,  
 Ora licet tribuas multiplicata mihi:  
 Tot tibi uæ misero ueniant, talesq; ruinae,  
 Ut cogi in lacrymas me quoque posse putem.  
 Ille me lacrymæ facient sine fine beatum,  
 Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit.  
 Natus es infelix (ita Dij uoluerunt) nec ulla

Commoda nascenti stella, leuisue fuit.  
 Non Venus affulsit, non illa Iuppiter hora,  
 Lunaq; non apto Solue fuere loco.  
 Nec satis utiliter positos tibi præbuit ignes,  
 Quem peperit magno lucida Maia Ioui.  
 Te fera nec quicquam placidum spondentia Maris  
 Sydera presserunt, Falciferiq; senis.  
 Lux quoque natalis, nequid nisi triste uideres,  
 Turpis, & inductis nubibus atra fuit.  
 Hæc est in fastis cui dat grauis Allia nomen,  
 Quæq; dies Ibin publica damna tulit.  
 Qui simul impuræ matris prolapsus ab aluo,  
 Cynipheam fædo corpore pressit humum.  
 Sedit in aduerso nocturnus culmine bubo,  
 Funereoq; graues edidit ore sonos.  
 Protinus Eumenides lauere palustribus undis,  
 Quæ caua de Stygijs fluxerat unda uadis.  
 Pectoraq; unxerunt Erebeæ felle colubræ,  
 Terq; cruentatas increpuere manus.  
 Gutturq; imbuerunt infantia lacte canino,  
 Hic primus pueri uenit in ora cibus.  
 Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus,  
 Latrat & in toto uerba canina foro.  
 Membraq; uinxerunt tinctis ferrugine panis,  
 A' male deserto quos rapuere rogo.  
 Et ne non sultum nuda tellure iaceret,  
 Molle super filices imposuere caput.  
 Iamq; recessuræ uiridi de stipite factas,  
 Admorunt oculis usque sub ora faces.  
 Flebat, ut est infans sumis contactus amaris,  
 De tribus est cum sit una locuta soror:

Tempus in immensum lacrymas tibi mouimus istas,  
 Quæ semper causa sufficiente cadent.  
 Dixerat, & Clothò iussit promissa ualere,  
 Neuit & infesta stamina pulla manu.  
 Et ne longa suæ præsagia diceret horæ,  
 Fata canet Vates qui tua, dixit, erit.  
 Ille ego sum Vates, ex me tua uulnera disces,  
 Dent modò Dij uires in mea uerba suas.  
 Carminibusq; meis accedant pondera rerum,  
 Quæ rata per luctus experiere tuos.  
 Ne'ue sine exemplis æui cruciere prioris,  
 Sint tua Trotanis non leuiora malis.  
 Quantaq; clauigeri Pæantius Herculis hæres,  
 Tanta uenenato uulnera crure geras.  
 Nec leuius doleas, quàm qui bibit uera ceruæ,  
 Armatusq; tulit uulnus inermis potens.  
 Quiq; ab equo præceps alienis decedit aruis,  
 Exitio facies cui sua penè fuit.  
 Id quod Amynthorides uideas, trepidusq; ministro  
 Prætextes baculo luminis orbis iter.  
 Nec plus aspicias, quàm quem sua filia rexit,  
 Expertus scelus est cuius uterque parens.  
 Qualis erat post, quàm est iudex in lite iocosa  
 Sumptus, Apollinea clarus in arte senex.  
 Qualis & ipse fuit, quo præcipiente columba  
 Est data Palladiæ præuia, duxq; rati.  
 Quiq; oculis caruit, per quos male uiderat aurum,  
 Inferias nato quos dedit orba parens.  
 Pastor ut Aetneus, cui casus antè futuros  
 Telemus Eurymedes uaticinatus erat.  
 Ut duo Phineidæ, quibus idem lumen ademit,

Qui dedit & Thamyra, Demodociq; caput.  
Sic aliquis tua membra secet, Saturnus ut illas  
Subsecuit partes, unde creatus erat.

Nec tibi sit, tumidis melior Neptunus in undis,

Quam, cui sunt uisæ frater, & uxor aues.  
Solertiq; uiro, laceræ quem fracta tenentem  
Membra ratis, Semeles est miserata soror.

Vel tua ne poenæ genus hoc cognouerit unus,  
Viscera diuersis scissa ferantur equis.

Vel quæ, qui redimi Romano turpe putauit,  
A duce Puniceo pertulit, ipse feras.

Nec tibi subsidio præsens sit numen, ut illi  
Cui nihil Hercei profuit ara Iouis.

Vtq; dedit saltus è summo Thessalus Ossa,  
Tu quoque saxoso præcipitère iugo.

Aut uelut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,  
Sint artus auidis unguibus esca tui.

Vel tua maturet, sicut Minoia fata,  
Per caput infusa feruidus humor aquæ.

Vtq; parum mitas, sed non impune Prometheus  
Aërias uolucres sanguine fixus alas.

Ac uelut Etracides magno ter ab Hercule quintus  
Cæsus in immensum proiciare fretum.

Aut ut Amynti, idem turpi dilectus amore  
Oderit, & seuo uulneret ense caput.

Nec tibi fida magis misceri pocula possint,  
Quam qui cornigero de Ioue natus erat.

Morte uel intereas capti suspensus Achæi,  
\*teste Qui miser aurifera tristè pependit aqua.

Aut ut Achilleiden cognato nomine clarum  
Opprihat hostili tegula iacta manu.

Nec

Nec tua quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant,  
Sparsa per Ambracias quæ iacuerè uas.

Nataq; ut Acaciae \*telis moriaris adactis,  
Non licet hoc Cereri dissimulare \*scelus.

Vtq; nepos dicti nostro modò carmine regis  
Cantharidum succos dante parente bibas.

Aut pia te caso dicatur adultera sicut,  
Qua cecidit Leucon uindice dicta pia est.

Inq; pyram tecum charissima corpora mittas,  
Quem finem uitæ Sardani palus habet.

Vtq; Iouis Libyci templum uiolare parentes,  
Acta Noto uultus condant arena tuos.

Vtq; necatorum Daræi fraude secundi,  
Sic tua succendens deuoret ora cinis.

Aut ut oliuifera quondam Sicyone profecto,  
Sit frigus mortis causa, famesq; tuæ.

Aut ut Acharnides insutus pelle iuueni,  
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.

Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi,  
Qui datus est leto coniugis ense suæ.

Quosq; putas fidos, ut Larissæus Alebas,  
Vulnere non fidos experire tuo.

Vtq; Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno,  
Vivus in occultas præcipitèris aquas.

Quæq; in Adimantum Philesia regna tenentem  
A Ioue uenerunt, te quoque tela petant.

Aut ut Amastriacis quondam Leneus ab oris  
Nudus Achillea destituaris humo.

Vtq; uel Eurydamas ter circum busta Trasilli  
Est Larissæis raptus ab hoste rotis.

Vel qui quæ fuerat tutatus incenia sæpe,

yy 3

Corpo

\*iaculis  
\*nefas

Corpore lustravit non diuturna suo.  
 Utq; nouum passa genus Hippomeneide poenae,  
 Tractus in Aethæa fertur adulter humo:  
 Sic ubi uita tuos inuisa reliquerit artus,  
 Vltiores rapiant turpe cadauer equi.  
 Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim  
 Fixa sub Euboico Graia fuere sinu.  
 Utq; ferox perijt & fulmine, & equore raptor,  
 Sic te mersuras adiuet ignis aquas.  
 Mens quoque sic furij uicoris agitur, ut illi,  
 Vnum qui toto corpore uulnus habet.  
 Utq; Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti,  
 \*Ingenio dispar cui pede cultus erat,  
 Ut fuit Oetaeo quondam, generoq; draconum,  
 Thesimaniq; patri, Calligonesq; uiro.  
 Nec tibi contingat matrona pudicior illa,  
 Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.  
 Quæq; sui Venerem uinxit cum fratre mariti,  
 Locris in ancillæ dissimulata necem.  
 Tam quoque Dij faciant possis gaudere fideli  
 Coniuge, quam Talai, Tyndareiq; gener.  
 Quæq; parare suis lectum patruclibus ausæ  
 Belides asidua colla premuntur aqua.  
 Byblidos, & Canaces sicut facis ardeat igne,  
 Nec nisi per crimen, sit tibi fida soror.  
 Filia si fuerit, sit quod Pelopea Thyesti,  
 Myrrha suo patri, Nyctimeneq; suo.  
 \*Filia ne ue magis capiti sit fida parentis,  
 Quam tuâ uel Pterela, uel tua Nise fuit,  
 Infamemq; locum sceleris quæ nomine fecit,  
 Pressit & inductus membra paterna rotis.

\*In gemino

\*Ne ue magis  
pia sit, capitiq;  
parentis ami-  
ca.

Ut iuuenes percas \* quorum fastigia uultus  
 \*Olim Pisææ sustinueret fores.  
 Ut qui persusam miserorum cæde procorum,  
 Ipse suo melius sanguine tinxit humum.  
 Proditor ut seui perijtq; auriga tyranni,  
 Qui noua Myrtoæ nomina fecit aqua.  
 Ut qui uelocem frustra petiere puellam,  
 Dum facta est pomis tardior illa tribus.  
 Ut qui tecta noui formam celantia monstri  
 Intrarunt cæcæ non redeunda domus.  
 Ut quorum Aeacides misti uiolentus in altum  
 Corpora cum senis altera sena rogam.  
 Ut quos obscuris uictos ambagibus oris,  
 Legimus infandæ Sphingæ dedisse neci.  
 Ut qui Bistonæ templo cecidere Mineruæ,  
 Propter quod facies nunc quoque torta deæ est.  
 Ut qui Threicij quondam præsepia regis  
 Fecerunt dapibus, sanguinolenta suis.  
 Therodamanteos ut qui sensere leones,  
 Quiq; Thoantæ Taurica sacra deæ.  
 Ut quos Scylla uorax, Scyllæq; aduersa Charybdis  
 Dulichæ pavidos eripuerat rati.  
 Ut quos demisit uastam Polyphemus in aluum,  
 Ut Læstrygonias qui subiere manus.  
 Ut quos dux Pœnus mer sit putealibus undis,  
 Et iactò canas puluere fecit aquas.  
 Et uelut Icaridos famulæ periit, prociq;  
 Inq; caput domini qui dabat arma proci.  
 Ut iacet Aonio luctator ab hospite fusus,  
 Qui (mirum) uictor, cum cecidisset, erat.  
 Ut quos Antæi fortes pressere lacerti,

\*proiecta ca-  
dauera quo-  
rum  
\*Oratq; Pis-

Quosq; feræ morti Lemnia turba dedit.  
 Vt qui post longum sacri monstrator iniqui  
 Elicuit pluias uictima cæsus aquas.  
 Frater ut Antæi, quo sanguine debuit, aras  
 Tinxit, & exemplis occidit ipse suis.  
 Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis  
 Impius humano uiscere pauit equos.  
 Vt duo diuersis sub eodem uindice cæsi  
 Temporibus Nessus, Dissimaniq; gener.  
 Vt pronepos Saturne tuus, quem reddere uitam  
 Ipse Coronides uidit ab urbe sua.  
 Vt Scynis, & Scyron, & cum Polyphemone natus,  
 Quiq; homo parte sui, parte iuuenus erat.  
 Quiq; trabes pressas ab humo mittebat in aras  
 Aequoris aspectus huius, & huius aquas.  
 Quæq; Ceres uidit leto pereuntia uultu  
 Corpora Thesea Cercionea manu.  
 Hæc tibi quem precibus iustis mea deuouet ira  
 Eueniat, aut his non leuiora malis.  
 Qualis Achæmenides Sicula desertus in ora,  
 Troica cum uidit uela uenire, fuit.  
 Qualis erat necnon fortuna binominis Iri,  
 Quiq; tenet pontem, qui tibi maior erit.  
 Filius & Cereris frustra tibi semper ametur,  
 Destitutaq; tuas usque petitus opes.  
 Utq; per alternos unda labente recursus  
 Subtrahitur presso mollis arena pede:  
 Sic tua nescio quæ semper fortuna lique scat,  
 Lapsaq; per medias effluit usque manus.  
 Utq; pater solitæ uarias mutare figuras  
 Plenus inextincta conficiare fame.

Nec

Nec dapis humane tibi erunt fastidia, quæq;  
 Parte potes, Tydeus temporis huius eris.  
 Atque aliquid facias, à uespere solis ad ortus  
 Cur externati rursus agantur equi.  
 Fœda Lycæoniæ repetes conuiuia mensæ,  
 Tentabisq; \* iterum fallere fraude Iouem.  
 Teq; aliquis posito, tentet uim numinis, opto,  
 Tantalides tu sis, tu Tereiq; puer.  
 Et tua sic latos spargantur membra per agros,  
 Tanquam quæ patrias detinuerè uias.  
 Aere Perilleo ueros imitere iuuenços,  
 Ad formam tauri conueniente sono.  
 Utq; ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,  
 More bouis Paphio clausus in ære gemas.  
 Dumq; redire uoles æui melioris in annos,  
 Ut uetus Admeti decipiare socer.  
 Atque eques in medijs mergare uoragine cœni,  
 Dum modò sint facti nomina nulla tui.  
 Atque utinam pereas, ueluti de dentibus orti  
 Sidonia iactis Graia per arua manu.  
 Et quæ Penthides fecit, fraterq; Medusæ,  
 Eueniant capiti uota sinistra tuo.  
 Et quibus exiguo uolucris deuota libello est,  
 Corpora proiecta quæ sua purgat aqua.  
 Vulnèra totq; feras, quot dicitur ille tulisse,  
 Cuius ab inferijs culter abesse solet.  
 Attonitusq; seces, ut quos Cybeleia mater  
 Incitat ad Phrygios uilia membra modos.  
 Deq; uiro fias nec uir, nec fœmina, ut Atys:  
 Et quatiàs molli tympana rauca manu:  
 Inq; pecus magnæ subito uertare parentis,

\*tibi

22 5

Victor



Victor ut est celeri uicta; uersa pede.  
 Sola; Limone pœnam ne senserit illam,  
 Et tua dente ferro uiscera carpat equus.  
 Aut, ut Cassandræ dominus, non mittor illo  
 Saucius ingesta contumuleris humo.  
 Aut, ut Abantiades, aut ut Lyrnesius heros,  
 Cæsus in æquoreas præcipiteris aquas.  
 Victima uel Phœbo sacras materis ad aras,  
 Quam tulit à seuo Teudotus hoste necem.  
 Aut te deuoneat certis Abdera diebus,  
 Saxa; deuotum grandine plura petant,  
 Aut Iouis infæsti telo feriare trifulco,  
 Ut satus Hippomoo, Dositheos; pater.  
 Ut soror Autoonæs, ut cui matertera Maia est,  
 Et temere optatos qui malè rexerit equos.  
 Ut ferus Aelides, ut sanguine natus eodem,  
 Quo genita est liquidis quæ caret arctos aquis.  
 Ut Macedo rapidis icta est cum coniuge flammis,  
 Sic precor ætherij uindicis igne cadas.  
 Præda; sis illis, quibus est Latonia Delos  
 Ante diem raptò non adcunda Thraso.  
 \*labra Qui; uerecunde specularum \* membra Diane,  
 Qui; Crotopiaden diripuerit Linum.  
 Nèue ueneno leuius feriaris ab angue,  
 Quàm senis Oeagri, Calliopes; nurus,  
 Quàm puer Hypsipyles, quàm qui caua primus acuta  
 Cuspide suspecti robora fixit equi.  
 Nèue gradus adeas Elpenore cautius altos,  
 Vim; feras uini, quo tulit ille modo.  
 Tam; cadas domitus, quàm quisquis ad arma uocantem  
 Iuuit inhumanum Thiodamanta Dryops.

Quam

Quàm ferus ipse suo perijt mactatus in antro  
 Proditus inclusæ Cacus ab ore bouis.  
 Quàm qui dona tulit \* Nefseo tincta ueneno,  
 \*Lernæo  
 Euboicæ; suo sanguine tinxit aquas.  
 Vel de præcipiti uentis in Tartara saxo,  
 Ut qui Socraticum de nece legit opus.  
 Ut qui Thesæ fallacia uela carinæ  
 Vidit, & iliaca missus ab arce puer.  
 Ut teneri nutrix, eadem matertera Bacchi.  
 Ut cui causa necis sera reperta fuit.  
 Lydia se scopulis ut uirgo misit ab altis,  
 Dixerat inuito quæ mala uerba deo.  
 Fæta tibi occurrat patrio popularis in aruo,  
 Sit; Paphagæa causa Leena necis.  
 Qui; Lycurgiden letauit \* ab arbore natum,  
 \*G  
 Idmonæ; audacem, te quoque rumpat aper.  
 Is; uel exanimus faciât tibi uulnus, ut illi  
 Ora super seui quem cecidere suis.  
 Atque idem simili pinus quem morte peremit  
 Venator Phrygia, sis; Berentiades.  
 Situa contigerit Minoas puppis arenas,  
 Te Corcyræum Cressia turba petat.  
 Lapsuram; domum subeas, ut sanguis Alebæ.  
 Stella Lycoridæ cui fuit æqua uiro.  
 Ut; uel Euenus torrenti flumine mersus,  
 Nomina des rapida, uel Tyberinus, aquæ.  
 Hyrtacidæ; modo defixa cadauera trunco  
 Digna feris, hominis sit caput esca tuum.  
 Quod; ferunt \* Brotean fecisse cupidine mortis,  
 \*Broteum  
 Des tua succensæ membra cremanda pyræ.  
 Inclusus; necem cauea patiaris, ut ille

Non

Non profecturæ conditor historiæ.  
 Utq; repertori nocuit pugnacis Iambi,  
 Sic sit in exitium lingua proterua tuum.  
 Ut ue parum stabili qui carmine læsit Athenas,  
 Inuisus pereas deficiente cibo.  
 Utq; lyræ uates fertur perijsse seueræ,  
 Causa sit excidij dextera læsa tui.  
 Utq; Agamemnonio uulnus dedit anguis Orestis,  
 Tu quoque de morsu uirus habente cadas.  
 Sit tibi coniugij nox prima nouissima uitæ,  
 Eupolis hoc perijt, & noua nupta modo.  
 Utq; cothurnatum perijsse Lycophrona narrant,  
 Hereat in fibris fixa sagitta tuis.  
 Aut lacer in syluis manibus spargare tuorum:  
 Sparsus ut est Thebis angue creatus auo.  
 Perq; seros montes tauro rapiente traharis,  
 Ut tracta est coniux imperiosa Lyci.  
 Quodq; suæ passa est pellex inuita sorori,  
 Excidat ante pedes lingua resecta tuos.  
 Cognitor ut tardè læsus cognomine Myrrhæ  
 Orbis in innumeris inueniare locis.  
 Inq; tuis opifex, uati quod fecit Achæo,  
 Noxia luminibus spicula condat apis.  
 Fixus & in duris carparis uiscera saxis,  
 Ut cui Pyrrha sui filia fratris erat.  
 Et puer Harpagidæ referas exempla Thyestæ,  
 Inq; tuicæsus uiscera patris eas.  
 Trunca geras seuo mutilatis partibus ense,  
 Qualia Mycerni membra fuisse ferunt.  
 Ut ue Syracusio præstricta fauce poetæ,  
 Sic animæ laqueo sit uia clausa tuæ.

Nudaue

Nudaue direpta pateant tua uiscera pelle,  
 Ut Phrygij cuius nomina flumen habet.  
 Saxificæ uideas infelix ora Medusæ,  
 Cephenum multos quæ dedit una neci.  
 Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum,  
 Inq; maris salias Glaucus ut alter aquas.  
 Utq; duobus idem dictis modò nomen habenti  
 Præfocent animæ \*Gnosia mella uiam.  
 Sollicitoq; bibas, \*ueluti doctissimus olim  
 Imperturbato quod bibit ore reus.  
 Nec tibi siquid amat, felicius Hæmone cedat,  
 Utq; sua Macareus, sic potiare tua.  
 Ut uideas, quod iam, cum flammæ cuncta tenerent,  
 Hæctoreus patria uidit ab urbe puer.  
 Sanguine probra luas, ut auo genitore creatus,  
 Per facinus soror est, cui sua facta parens:  
 Osibus inq; tuis teli genus hæreat illud,  
 Traditur Icarij quo cecidisse gener.  
 Utq; loquax in equo est elisus \*gutturæ acerno,  
 Sic tibi claudatur pollice uocis iter.  
 Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta,  
 Iactaq; pro solitis frugibus ossa sonent.  
 \*Salmacis utq; patrem condat te Phœbus in ima  
 Tartara, quod natæ fecerat ipse suæ.  
 Inq; tuos ea pestis eat, quam dextra Choræbi  
 Vicit, opem miseris Argolicisq; tulit.  
 Utq; nepos Aethræ Veneris moribundus ob iram  
 Exul ab attonitis excutiaris equis.  
 Propter opes nimias ut perdidit hospes alumnus,  
 Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.  
 Utq; ferunt fratres sex cum Damafichthone cæsos,

\*noxia

\*Aniti

\*gutturæ

\*Utq; patrè

Pfamatis

Inte

\**tecum* Intereat \*totum sic genus omne tuum.  
 Addidit ut fidicen miseris sua funera natis,  
 Sic tibi sint uitæ tædia iusta tuæ.  
 Ut ue soror Pelopis saxo dureris oborto,  
 Et lesus lingua Battus ab ipse sua.  
 Aëra si misso uacuum iaculabere disco,  
 Quo puer Oebalides istus ab orbe cadas.  
 Siqua per alternos pulsabitur unda lacertos,  
 Omnis Abydena sit tibi peior aqua.  
 Comicus ut liquidis perijt dum nabat in undis,  
 Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.  
 Aut ubi uentosum superabis naufragus æquor,  
 Contacta pereas, ut Palinurus humo.  
 Utq; cothurnatum Vatem tutela Diana,  
 Dilaniet uigilum te quoque turba canum.  
 Aut ut Trinacrij salias super ora gigantis,  
 Plurima quæ flammis Sicaniæ Aetna uomit.  
 Diripiantq; tuos insanis unguibus artus  
 Strymonicæ matres, Orpheon esse ratæ.  
 Natus ut Althææ flammis absentibus arsit,  
 Sic tuus ardescat stipitis igne rogas.  
 Ut noua Phasiaca compressa est nupta corona,  
 Utq; pater nuptæ, cumq; parente domus.  
 Ut cruor Herculeos abijt diffusus in artus,  
 Corpora pestiferum sic tua uirus edat.  
 Quæ sua Pentheiden proles est ulta Lycirgum,  
 Hæc maneat teli te quoque plaga noui.  
 Utq; Milo robur deducere fissile tentes,  
 Nec possis captas inde referre manus.  
 Muneribusq; tuis lædaris, ut Icarus: in quem  
 Intulit armatas ebria turba manus.  
 Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit,

Vincula per laquei fac quoque guttur eat.  
 Obstrictusq; famem patiaris limine tecti,  
 Ut legem poenæ cui dedit ipsa parens.  
 Illius exemplo uiolens simulacra Minercæ,  
 Aulidis à portu qui leue uertit iter.  
 Naupliadæq; modo ficto pro crimine poenas  
 Morte luas, nec te non meruisse iuuet.  
 Ethalon ut uita spoliavit Isidius hospes,  
 Quem memor à sacris nunc quoque pellit Ió,  
 Utq; Melantheum tenebris à cæde latentem  
 Prodidit officio luminis ipsa parens,  
 Sic tua coniectis sodiantur corpora telis,  
 Sic precor auxilijs impediare tuis.  
 Qualis equis pactis, quos fortis agebat Achilles,  
 Actæ Phrygi timido est, nox tibi talis eat.  
 Nec tu quàm Rhœsus somno meliore fruaris,  
 Quàm comites Rhœsi tu necis ante diem.  
 Quàm quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt  
 Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæq; comes.  
 \*Clytiadæq; modo circumdatus ignibus atris  
 Membra feras Stygiæ semicremata neci.  
 Utq; Remo muros auso transire recentes,  
 Noxia sint capiti rustica tela tuo.  
 Denique Sarmaticas inter, Geticæq; sagittas,  
 His precor ut uiuas, & mori, in locis.  
 Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello,  
 Immemores ne nos esse querare tui.  
 Pauca quidem ( fateor) sed Dij dent plura rogatis,  
 Multiplicentq; suo uota fauore mea.  
 Postmodo plura leges, & nomen habentia uerum,  
 Et pede quo debent acria bella geri.

FINIS.

\*Climiadæq;

## P. OVIDII

N A S O N I S C O N S O -  
L A T I O A D L I V I A M

A V G V S T A M,

De morte Drusi Neronis, filii eius, qui in  
Germania morbo periit.I S A diu felix mater modò dicta, Nero-  
num,Iam tibi dimidium nominis huius adest,  
Iam leges in Drusum miserabile Liuiæ  
carmen,

Vnum, qui dicat iam tibi mater habes.

Nec tua te pietas distendit amore tuorum,

Nec posito filij nomine, dicis uter?

Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?

Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?

Hic mihi, quàm facile est, quamuis hoc contigit, omnes

Alterius luctu fortia uerba loqui.

Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu,

Fortior ut possis cladibus esse tuis.

Occidit exemplum iuuenis uenerabile morum,

Maximus ille armis, maximus ille toga.

Ille modò eripuit latebrosas hostibus Alpes,

Et titulum belli dux duce fratre tulit.

Ille genus Sueuos acre, indomitosq; Sicambros

Contudit, inq; fugam barbara terga dedit.

Ignotumq; tibi meruit Romane triumphum,

Protulit in terras imperiumq; nouas.

Soluere uota Ioui fatorum ignara tuorum

Mater,

Mater, & armiferæ soluere uota Deæ,  
Gradiumq; patrem donis implere parabas,

Et quoscunque coli est iusq; piūq; Deos.

Maternaq; sacros agitabas mente triumphos,

Forsitan &amp; curæ iam tibi currus erat.

Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis,

Et tumulus Drusum pro Iouis arce manet.

Fingebas reducem, perceptaq; mente fouebas

Gaudia, &amp; ante oculos iam tibi uictor erat.

Iam ueniet, iam me gratantem turba uidebit,

Iam mihi pro Druso dona ferenda meo.

Obuia progrediar, felixq; per oppida dicar,

Collaq; &amp; os, oculosq; illius ore premam.

Talis erit, sic occurret, sic oscula iunget,

Hoc mihi narrabit, sic prior ipsa loquar.

Gaudia magna foues, spem pone miserrima falsam,

Desine de Druso læta referre tuo.

Cæsaris illud opus ueluti pars altera uestri

Occidit, indignas Liuiæ solue comas.

Quid tibi nunc mores profunt, actumq; pudicè

Omne æuum? &amp; tanto iam placuisse uiro?

Quidq; pudicitia tantum inuiolata bonorum,

Vltima sit laudes inter ut illa tuas?

Quid tenuisse animum contra sua secula rectum?

Altius &amp; uitij exercuisse caput?

Nec nocuisse ulli? &amp; fortunam habuisse nocendi?

Nec quenquam nervos extimuisse tuos?

Nec uires errasse tuas campoq; foroq;

Quamq; licet citra constituisse domum?

Nempe per hos etiam fortune iniuria mores

Regnet, &amp; incerta est hic quoque nixa rota.

z z

Hic

Hic quoque sentitur, nequid non improba carpat,  
 Sæuit, & iniustum ius sibi ubique facit.  
 Scilicet immunis si luctus una fuisset  
 Liuiæ, fortunæ regna minora forent.  
 Quid si non habitu sic se gessisset in omni,  
 Ut sua non essent inuidiosa bona?  
 Cæsaris adde domum, quæ certè funeris expers  
 Debit humanis altior esse malis.  
 Ille uigil summa sacer ipse locatus in arce  
 Res hominum ex tuto cernere dignus erat.  
 Nec fieri ipse suis, nec quenquam flere suorum,  
 Nec quæ nos patimur uulgius, & ipse pati.  
 Vidimus erepta mœrentem stirpe sororis,  
 Luctus ut in Druso publicus ille fuit.  
 Condidit Agrippam, quo te Marcelle sepulcro,  
 Et cepit generos iam locus ille duos.  
 Vix posito Agrippa tumuli bene ianua clausa est.  
 Perficit officium funeris ecce soror.  
 Ecce ter ante datis iactura nouissima Drusus  
 A' magno lacrymas Cæsare quartus habet.  
 Claudite iam Parcæ, nimium reserata sepulcra  
 Claudite, plus iusto iam domus ista patet.  
 Cedis, & incassum tua nomina Druse leuantur.  
 Vltima sit fuit hæc summæ querela tui.  
 Iste potest implere dolor uel secula tota,  
 Et magni luctus obtinuisse locum.  
 Multi in te amisti, nec tu tot uerba bonorum  
 Omnis cui uirtus contigit, unus eras.  
 Nec genitrice tua fecundior ulla parentum,  
 Tot bona per partus quæ dedit una duos.  
 Heu par illud ubi est totidem uirtutibus æquum?

Et con

Et concors pietas? nec dubitatus amor?  
 Vidimus attonitum fraterna morte Neronem  
 Pallida promissa flere per ora coma.  
 Dissimilemque sui uultu proficiente dolorem,  
 Hei mihi quam toto luctus in orbe fuit.  
 Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem  
 Vidisti, lacrymas uidit & ille tuas.  
 Affligi; suis moriens tua pectora sensit,  
 Et tenuit uultu lumina fixa tuo.  
 Lumina cærulea iam \*iam nutantia morte,  
 Lumina fraternas iam subitura manus.  
 At miseranda parens suprema neque oscula fixit,  
 Frigida nec mouit membra tremente sinu.  
 Non animam apposito fugientem excepit hiatu,  
 Nec traxit cæcas per tua membra comas:  
 Raptus est absenti, dum te fera bella morantur,  
 Vtilior patriæ quam tibi Druse tuæ.  
 Liquitur, ut quondam Zephyris, & solibus ictæ  
 Soluuntur teneræ uere tepente niues:  
 Te queritur, casusque malos, irrisaque tales,  
 Accusaque; annos, ut diuturna, suos.  
 Talis in umbrosis mitis uinc denique syluis  
 Deflet Threicium Dauniæ ales ityn.  
 Halcyonum tales uentosa per æquora quæstus  
 Ad surdas tenui uoce sonantur aquas.  
 Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis  
 Oeniden subitæ concinnistis aues.  
 Sic fleuit Chymene, sic & Chymenides altæ,  
 Cum iuuenis patrijs excidit ictus equis.  
 Congelat interdum lacrymas, duratque; tenetque;  
 Suspensasque; oculis fortior ictus agit.

\*iamque; nutantia

222

Erump

Erumpunt iterumq; grauant genutumq; sinusq;  
 Effuse grauidis, uberibusq; genis.  
 In uires abijt flendi mora, planior unda  
 Defluit, exigua siqua retenta mora.  
 \*sic Tandem ubi per lacrymas licuit, \*sed flebilis orsa est,  
 Singultu medios impediēte sonos.  
 Nate breuis fructus, duplicis fors altera partus,  
 Gloria confectæ nate parentis, ubi es?  
 Sed neque iam duplicis, nec iam fors altera partus,  
 Gloria confectæ nunc quoque matris, ubi es?  
 Heu modò tantus ubi es? tumulo portaris, & igni.  
 Hæc sunt in reditus dona paranda tuos?  
 Siccine dignus eras oculis occurrere matris?  
 Sic ego te reducem digna uidere fui?  
 Cæsaris uxori si talia dicere fas est,  
 Iam dubito magnos an rear esse deos.  
 Nam quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,  
 Quos ego non potui demeruisse deos?  
 Hic pietatis honos? artus amplector inaneis,  
 Et uocat hos ipsos flamma, roguşq; suos.  
 Te'ne ego sustineo positum scelerata uidere?  
 Te'ne meæ poterunt ungere nate manus?  
 Nunc ego te infelix summum teneoq; tuorq;?  
 Affigoq; manus, oraq; ad ora fero?  
 Nunc primum aspiceris consul uictorq; parenti?  
 Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?  
 Quo primum uidi fasces, in funere uidi:  
 Et uidi euersos, indiciumq; mali.  
 Quis credat? matrilux hæc charissima uenit,  
 Quæ natum in summo uidit honore suum.  
 Iam'ne ego non felix, iam pars mihi raptæ Neronum

Materna

Materna ceber nomine Drusus aui?  
 Iam'ne meus non est? nec me facit ille parentem?  
 Iam'ne fui Drusi mater, & ipse fuit?  
 Nec cum uictorem referatur adesse Neronem,  
 Dicere iam potero maior? an alter, adest?  
 Vltima contigimus, ius matris habemus ab uno:  
 Vnius est munus quod tamen orba negor.  
 Me miseram extinui, frigusq; per ossa cucurrit:  
 Nil ego iam possum certa uocare meum.  
 Hic meus ecce fuit, iubet hic de fratre uereri:  
 Omnia iam metuo, fortior antè fui.  
 Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas  
 Lumina, & excipias hanc animam ore pio.  
 Atque utinam Drusi manus altera, & altera fratris  
 Formarent oculos, comprimerentq; meos.  
 Quod licet hoc certè tumulo ponemur in uno  
 Drusc, neque ad ueteres conditus ibis auos.  
 Miscebor cineriq; cinis, atque ossibus ossa:  
 Hanc lucem celeri turbine Parca neat.  
 Hæc & plura refert, lacrymæ sua uerba sequuntur,  
 Oraq; nequicquam per modò quæsta fluunt.  
 Quinetiam corpus matri uix uixq; remissum,  
 Exequijs caruit Liuia penè suis.  
 Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis,  
 Inter quæq; ruit ponere certus erat.  
 Abstulit inuitis corpus uenerabile frater,  
 Et Drusum prunæ, quod licuitq; dedit.  
 Funera ducuntur Romana per oppida Drusi,  
 (Heu facinus) per quæ uictor iturus erat,  
 Per quæ deletis Rhetorum uenerat armis.  
 Hei mihi, quàm dispar huic fuit illud iter.

ZZ 3

Consul

Consuluit fractis mœrentem fascibus urbem,  
 Quid faceret uictus sic ubi uictor inite?  
 Mœsta domus plangore sonat, cui figere lætus  
 Parta sua dominus uouerat arma manu.  
 Vrbs gemit, & uultum miserabilis induit unum:  
 Gentibus aduersis forma sit illa precor.  
 Incerti clauduntq; domos, strepitantq; per urbem,  
 Hic illi pauidi clamq; palamq; dolent.  
 Iura silent, mutæq; tacent sine iudice leges,  
 Aspicitur toto purpura nulla foro.  
 Dijq; latent templis, neque iniqua ad funera uultus  
 Præbent, nec possunt thura ferenda rogo.  
 Obscuros delubra tenent: pudet ora colentum  
 Aspiciere, inuidiæ quam meruere metu.  
 Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato  
 Sustulerat timidæ sidera ad alta manus:  
 Iamq; precaturus, quid ego iam credulus, inquit,  
 Suscipiam in nullos irrita uota Deos?  
 Liuiæ non illos pro Druso Liuiæ mouit,  
 Nos erimus magno maxima cura Ioui?  
 Dixit, & iratus uota insuscepta reliquit,  
 Durauitq; animum, destituitq; preces.  
 Obuia turba ruit, lacrymisq; rigantibus ora,  
 Consulis erepti publica damna refert.  
 Omnibus ijdem oculi, par est concordia flendi:  
 Funeris exequijs adsumus omnis equi s:  
 Omnis adest etas: mœrent iuuenesq; senesq;  
 Ausoniæ matres, Ausoniæq; nurus.  
 Autorisq; sui præfertur imagine mœsta,  
 Quæ uictrix templis debita laurus erat.  
 Certat onus luctu generosa subire iuentus.

Et studet.

Et studet officio sedula colla dare.  
 Et uoce, & lacrymis laudasti Cæsar alumnum,  
 Tristia cum mediis rumperet \* ossa dolor.  
 Tutelum optasti, Dijs auersantibus omen,  
 Par tibi, si sinerent te tua fata mori.  
 Sed tibi debetur cœlum: te fulmine pollens,  
 Accipiet cupidi regia magna Iouis.  
 Quid petijt: uult ille tibi ut sua facta placerent,  
 Magnaq; laudatus præmia mortis habet.  
 Armatæq; rogam celebrant de more cohortes,  
 Ast pedes exequias reddît, equesq; duci.  
 Te clamore uocant iterumq; iterumq; supremo,  
 At uox aduersis collibus iccta redit.  
 Ipse pater flauis Tyberinus adhorruit undis,  
 Sustulit è medio nubilus amne caput.  
 Tum salice implexum, muscoq; & arundine crinem,  
 Cæruleum magna legit ab ore manu,  
 Vberibusq; oculis lacrymarum flumina misit,  
 Vix capit adiectas alucens altus aquas.  
 Iamq; rogi flammæ extinguere fluminis icctu,  
 Corpus & intactum tollere certus erat.  
 Sustentabat aquas, cursusq; inhibebat equorum,  
 Vt posset toto proluere amne rogam.  
 Sed Mauors templo uicinus, & accola campi.  
 Tot dixit siccis uerba neque ipse genis:  
 Quanquam amnes decet ira, tamen Tyberine quiescas:  
 Non tibi, non ullis uincere fata datur:  
 Iste meus perijt, perijtq; arma inter, & enses,  
 Et dux pro patria, funere causa latet.  
 Quod potui tribuisse, dedi: uictoria parta est:  
 Autor abit operis, sed tamen extat opus.

\* orsa

zz \*

Quond

Quondam ego tentavi, Clothoq; duasq; sorores,  
 Pollice quæ certo pensa seuera trahunt:  
 Ut Remus illades, & frater conditor urbis,  
 Effugerent aliqua stagna profunda uia.  
 De tribus una mihi partem accipe, quæ datur, inquit,  
 Muneris: ex istis quod petis, alter erit.  
 Hic tibi mox Veneri Cæsar promissus uterque,  
 Hos debet solos Martia Roma deos.  
 Sic cecinere Deæ, nec tu Tyberine repugna,  
 Irrita nec flammæ anne morare tuo.  
 Nec iuuenis positi supremos destrue honores:  
 Vade agè, & immisissis labere pronus aquis.  
 Paret, & in longum spatiosus explicat undas,  
 Strictaq; pendenti pumice tecta subit.  
 Flamma dum cunctata caput contingere sanctum  
 Errauit posito lenta \* sibi usque toro.  
 Tandem ubi complexa est sylvas, alimentaq; sumpsit,  
 Aethera subiectis lambit & astra comis.  
 Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oetæ,  
 Cum sunt imposito membra cremata Deo.  
 Vritur heu decor ille uiri, generosiq; forma,  
 Et facilis uultus uiritur ille uigor,  
 Victricesq; manus, facundaq; principis ora,  
 Pectoraq; ingenij magna, capaxq; domus.  
 Spes quoque multorum flammis uruntur in ipsam,  
 Iste roguis miseræ uiscera matris habet.  
 Facta ducis uiuent, operosaq; gloria rerum  
 Hæc manet, hæc auidos effugit una rogos.  
 Pars erit historiae, totoq; legetur in æuo,  
 Seq; opus ingenij, carminibusq; dabit.  
 Stabis & in rostris tituli speciosus honore,

Causaq;

Causaq; dicemur nos tibi Druse necis.  
 At tibi ius ueniæ superest Germani nullum,  
 Postmodò tu pœnas barbare morte dabis.  
 Aspiciam regum liuentia colla catenis,  
 Durâq; per sæuas uincula nexa manus.  
 Et tandem trepidos uultus, inq; illa ferocum  
 Inuitis lacrymas decidere ora genus.  
 Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus  
 Carnifici in mœsto carcere dandus erit.  
 Consistam, lætisq; oculis, lætusq; uidebo  
 Strata per obscœnas corpora nuda uias.  
 Hunc aurora dicem spectacula tanta ferentem  
 Quamprimum croceis rosida portet equis.  
 Adijce Læteos concordia sidera fratres,  
 Templaq; Romano conspicienda foro.  
 Quam paruo numeros impleuit principis æuo,  
 In patriam meritis occubuitq; senex.  
 Nec sua conspiciet (miserum me) munera Drusus,  
 Nec sua præ templi nomina fronte leget.  
 Sepe Nero in lacrymas summissa uoce loquetur,  
 Cur adeo fratres, heu sine fratre deos?  
 Certus eras nunquam, nisi uictor, Druse reuerti.  
 Hæc te debuerant tempora, uictor eras.  
 Consule nos, duce, nos duce iam uictore caremus,  
 Inuenit & tota mœror in urbe locum.  
 At comitum squalent immisissis ora capillis,  
 Infelix, Druso sed pia turba suo.  
 Quorum aliquis tendens in sua brachia dixit,  
 Cur sine me? cur sic incomitatus abis?  
 Quid referam de te dignissima coniuge Druso?  
 Atque eadem Drusi digna parente nurus?

22 3

Par



Par bene compositum, iuuenum fortissimus alter,  
 Altera iam forti mutua cura uiro.  
 Fœmina tu princeps, tu filia Cæsaris illi,  
 Nec minor est magni coniuge iussa Iouis.  
 Tu concessus amor, tu solus, & ultimus illi,  
 Tu requies fessio grata laboris eras.  
 Te moriens per uerba nouissima questus abesse,  
 Et mota in nomen frigida lingua tuum.  
 Infelix recipis, non quem pronuaserat ipse,  
 Nec qui missus erat, nec tuus ille redit:  
 Nec tibi delectos poterit narrare Sicambros,  
 Ensibus & Sueuos terga dedisse suis.  
 Fluminaq; & montes, & nomina magna locorum,  
 Et siquid miri uidit in orbe nouo.  
 Frigidus ille tibi, corpusq; refertur inane,  
 Quemq; premat sine te sternitur ecce torus.  
 Quò raperis laniata comas: similisq; furenti  
 Quò ruis? attonita quid petis ora manu?  
 Hoc fuit Andromache cum uir religatus ad axes  
 Terruit admissos sanguinolentus equos.  
 Hoc fuit Euadne, tunc cum ferienda coruscis  
 Fulminibus Capaneus impauida ora dedit.  
 Quid mortem tibi mœsta rogas? amplexaq; natos  
 Pignora de Druso sola relicta tenes?  
 Et modò per somnos agitaris imagine falsæ  
 Teq; tuo Drusum credis habere sinu?  
 Et subito tentasq; manu, sperasq; receptum?  
 Quæris & in uacui parte priore tori?  
 Ille pio, si non temere hæc creduntur, in aruo  
 Inter honoratos excipietur auos.  
 Magnaq; maternis maioribus, æqua paternis

Gloria quadrjugis aureus ibit equis.  
 Regaliq; habitu, curruq; superbus eburno  
 Fronde triumphali tempora uictus erit.  
 Accipient iuuenem Germanica signa ferentem  
 Consulis imperio, conspicuumq; decus.  
 Gaudebuntq; suæ merito cognomine gentis,  
 Quod solum domito uictor ab hoste tulit.  
 Vix credent tantum rerum cœpisse tot annos  
 Magna uiri latum quærere facta locum.  
 Hæc ipsum sublime ferenti, hæc optima mater  
 Debuerant luctus attenuare tuos.  
 Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas,  
 Principibus natis, principe digna uiro.  
 Quid deceat Drusi matrem, matremq; Neronis  
 Aspice, quo surgas aspice mane toro.  
 Non eadem uulgusq; decent, & lumina rerum,  
 Est quod præcipuum debeat ista domus.  
 Imposuit te alto fortuna locumq; tueri  
 Iussit honoratum, Liuia per fer onus.  
 Ad te oculos, auresq; trahis tua facta notamus,  
 Nec uox missa potest principis ore tegi.  
 Alta mane, supraq; tuos exurge dolores,  
 Infragilemq; animum, quo potes usque tene.  
 An melius per te uirtutum exempla petemus,  
 Quàm si Romanæ principis edis opus?  
 Fata manent omnibus, omnibus expectat auarus  
 Portitor, & turbæ uix satis una ratis.  
 Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,  
 Omnia sub leges mors uocat atria suas.  
 Ecce necem intentam cælo, terræq; fretisq;  
 Casurum triplex uaticinatur opus.

In nunc, & rebus tanta impendente ruina  
 In te solam oculos, & tua damna refer.  
 Maximus ille quidem iuuenum spes publica uixit,  
 Et qua natus erat gloria summa domus.  
 Sed mortalis erat, nec tu secura fuisti,  
 Fortia progenie bella gerente tua.  
 Vita data est utenda, data est sine scœnore nobis  
 Mutua, nec certa per soluenda die.  
 Fortuna arbitrijs tempus dispensat ubique,  
 Illa rapit iuuenes, sustulit illa senes.  
 Quaq; ruit, furibunda ruit, totumq; per orbem  
 Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.  
 Regna Deæ immittis parce irritare querendo,  
 Sollicitare animos parce potentis heræ.  
 Quæ tamen hoc uno tristis tibi tempore uenit,  
 Sæpe eadem rebus fuit amica tuis.  
 Nata quòd es altè, quod scetibus aucta duobus,  
 Quodq; etiam magno confociata Ioui.  
 Quòd semper domito redijt tibi Cæsar ab orbe,  
 Gestat & inuicta prospera bella manu.  
 Quòd spes implerunt maternaq; uota Neronæ,  
 Quòd pulsus toties hostis utroque duce.  
 Rhenus & Alpina ualles, & sanguine nigro  
 Decolor infecta testis Itargus aqua.  
 Danubiusq; capax, & Dacijs orbe remoto  
 Appulus huic hosti per breue Pontus iter.  
 Armeniusq; fugax, & tandem Dalmata supplex,  
 Summaq; dispersi per iuga Pannonij.  
 Et modò Germani Romanis cognitus orbis,  
 Aspice quàm meritis culpa sit una minor.  
 Adde quòd est absens scetus, nec cernere nati

Semineces oculos sustinere tibi.  
 Qui dolor & menti leuissimus influit ægræ,  
 Acciperes luctus aure coacta tuos.  
 Præuertitq; metus per longa pericula luctum,  
 Tu quibus auditis anxia mentis eras.  
 Non ex præcipiti dolor in tua pectora uenit,  
 Sed per mollitos antè timore gradus.  
 Iuppiter antè dedit fati mala signa cruenti,  
 Flammi fera petijt cum tria templa manu,  
 Iunonisq; graui nocte, impanidaq; Minerva,  
 Sanctaq; & immensi Cæsaris icta manus.  
 Sydera quin etiam cœlo fugisse feruntur,  
 Lucifer & solitas destituisse uias.  
 Lucifer in toto nulli comparuit orbe,  
 Et uenit stella non præeunte dies.  
 Syderis hoc obitus terris instare monebat,  
 Et mergi Stygia nobile numen aqua.  
 At tu qui superes mœstæ solatia matri,  
 Comprecor illi ipsi conspiciare senex.  
 Perq; annos diuturnus eas fratrisq; tuosq;  
 Et uiuat nato cum sene mater anus.  
 Et uentura precor Deus excusare priora,  
 Dum uolet, à Drufo cætera leta dabit.  
 Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori,  
 Longius ut nolis, heu male fortis, ali.  
 Vix etiam fueras paucas uitalis in horas,  
 Obtulit inuitæ cum tibi Cæsar opem.  
 Admouitq; preces, & ius immiscuit illis,  
 Aridaq; affusa guttura tinxit aqua.  
 Nec minor est nato seruandæ cura parentis,  
 Hic adhibet blandas nec sine iure preces.

Coniugis, & nati meritum peruenit ad omnes,  
 Coniugis, & nati Liuia sospes ope es,  
 Supprime iam lacrymas, non est reuocabilis istis,  
 Quem semel umbrifera nauita hynre tulit.  
 Hectora tot fratres, tot desfleuere sorores,  
 Et pater, & coniux, Astyanaxq; puer,  
 Et longæua parens, tamen ille redemptus ad ignes,  
 Nullaq; per Stygias umbra renauit aquas.  
 Contigit hoc etiam Thetidi: populator Achilles  
 Iliaca ambustis ostibus arua premit.  
 Illi cæruleum Panope matertera crinem  
 Soluit, & immensas fletibus auxit aquas.  
 Consortesq; deæ centum, longæu. q; magni  
 Oceani coniux, Oceanusq; pater.  
 Et Thetis ante omnes, sed nec Thetis ipsa, neque omnes  
 Mutarunt auidi tristia iura Dei.  
 Prisca quid huc repeto: Marcellum Octauia fleuit.  
 Et fleuit populo Cæsar utrunque palam.  
 Sed rigidum ius est, & inuitabile mortis,  
 Stant rata non ulla fila tenenda manu.  
 Ipse tibi emissus nebulosum littus Auerni  
 Sic liceat, forti uerba tot ore sonet.  
 Quid numeras annos? uixi maturior annis.  
 Acta senem faciunt, hæc numeranda tibi.  
 His eum fuit implendum, non segnibus annis:  
 Hostibus eueniat longa senectæ metu.  
 Hoc atui monuere mei, proauiq; Nerones,  
 Fregerunt ambo Punica bella duces.  
 Hoc domus ista docet per te mea Cæsaris alti:  
 Exitus hic mater debuit esse meus.  
 Nec meritis quicquam illa iuuant, magis affuit illis

Mato

Mater honos, titulus nomina plena uides.  
 Consul & ignoti uictor Germanicus orbis,  
 Qui fuit heu mortis publica causa, legor.  
 Cingor Apollinea uictricia tempora lauro,  
 Et sensi exequias funeris ipse mei.  
 Decursusq; uirum notos mihi, donaq; regum,  
 Cunctaq; per titulos oppida lecta suos.  
 Et quo me officio portauerit illa iuuentus,  
 Quæ fuit ante meum tam generosa torum.  
 Denique laudari sacro Cæsaris ore  
 Et merui lacrymas elicuiq; Deo.  
 Et cuiquam miserandus ero, iam comprime fletus,  
 Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.  
 Hæc sentit Drusus, siquid modò sentit, in umbra,  
 Ne tu de tanto crede minora uiro.  
 Est tibi, sitq; precor multorum filius instar,  
 Parsq; tui partus sit tibi salua prior.  
 Est coniux tutela hominum, quo sospite uestram  
 Liuia funestam dedecet esse domum.

FINIS.

## DE NVCE ELEGIA.



V X ego iuncta uia, cum sim sine crimine  
 uite,  
 A' populo saxis prætereunte petor.  
 Obruere ista solet manifestos pœna nocentes,  
 Publica cum lentam non capit ira moram.  
 Nil ego peccati: nisi si peccare \* fatemur,  
 Annua cultori poma referre suo.

\*uidetur

At prius

At prius arboribus tunc cùm meliora fuerunt  
Tempora, certamen fertilitatis erat.

Tunc domini memores fertis ornare solebant

\*prouen. Agricola, fructu \* prœueniente, Deos.

Sæpe tuas igitur Liber miratus es uuas,  
Mirata est oleas sæpe Minerua suas.

Pomaq; læsissent matrem, nisi subdita ramo  
Longa laboranti furca tulisset opem.

Quincti am exemplo pariebat fœmina nostro,  
Nullaq; non illo tempore mater erat.

At postquam platanis sterilem præbentibus umbram,  
Vberior quauis arbore uenit honor,

Nos quoque fructifera (si nux modò ponor in illis)  
Cœpimus in patulas luxuriare comas.

Nunc neque continuos nascuntur poma per annos,  
Vuaq; læsa domum, læsaq; bacca uenit.

Nunc uterus uitio est, quæ uult formosa uideri,  
Raraq; in hoc æuo est, quæ uelit esse parens.

Certe ego si nunquam peperissem, tutior essem:  
Ista Clytemnestra digna querela fuit.

Si sciat hoc uitis, nascentis suppresset uuas:  
Orbaq; si sciat hoc, Palladis arbor erit.

Hoc in notitiam ueniat maloq; pyroq;  
Destituent syluas utraque poma suas.

Quæq; sibi uario distinguit poma colore,  
Audat hoc cerasus, stipes inanis erit.

Non equidem inuideo, nunquam tamen ulla feritur,  
Quæ sterilis sola est conspicienda coma.

Cernite synceros omnes ex ordine truncos,  
Qui modò nil quare percutiantur habent.

At mihi seua nocent mutilatis uulnera ramis,

Nudaq;

Nudaq; detecto cortice ligna patent.

Non odium facit hoc, sed spes inducta rapinae,  
Sustineant aliæ poma, quærentur idem.

Sic reus ille ferè est, de quo uictoria lucro  
Esse potest: inopis uindice facta carent.

Sic timet insidias, qui se scit ferre uiator  
Quod timeat: tutum carpit inanis iter.

Sic ego sola petor, soli quia caussa petendi est,  
Frondebis intactis cætera turba uiret.

Nam quòd habent frutices aliquando proxima \* nobis  
Fragmina, quòd læso uimine multa iacent,

Non istis sua facta nocent: uicinia damno est,  
Excipiunt ictu saxa repulsa meo.

Idq; fide careat, si non quæ longius absunt,  
Natiuum retinent inuiolata decus.

Ergo, si sapiant, et mentem uerba sequantur,  
Deuoueant umbras proxima quæque meas.

Quam miserum est, odium damnis accedere nostris,  
Meq; ream nimis proximitatis agi.

Sed puto magna mei est operoso cura colono:  
Inueniat, dederit quid mihi, præter humum.

Sponte mea facilis contempto nascor in agro,  
Parsq; loci, quo sto, publica penè uia est.

Me, sata ne lædam, quoniam sata lædere dicor,  
Imis in extremo margine fundus habet.

Non mihi falx nimias \* Saturni deputat umbras,  
Duratam renouat non mihi fossor humum.

Sole licet, siccaq; siti peritura laborem,  
Irriguae dabitur non mihi sulcus aquæ.

At cùm maturas fisso noua cortice rimas  
Nux agit, ad partes pertica seua uenit.

A A

Pertica

\* nostris

\* Saturnia

Pertica dat plenis immittia uulnera ramis,  
 Ne possim lapidum uerbera sola queri.  
 Poma cadunt mensis non interdicta secundis,  
 Et condit lectas parca colona nuces.

\*rectas Has puer aut certo \* lectas diuerberat ictu  
 Aut pronas digito bisulce semelue petit.

Quattuor in nucibus non amplius alea tota est,  
 Cum sibi suppositis additur una tribus.

Per tabule cliuum labi iubet alter, & optat  
 Tangat ut e multis quaelibet una suam.

Est etiam, par sit numerus, qui dicat, an impar,  
 Ut diuinatas auferat augur opes.

\*figuram Fit quoque de creta, qualem caeleste \* figura  
 Sydus, & in Graecis littera quarta gerit.  
 Haec ubi distincta est gradibus, quae constitit intus,  
 Quot tetigit uirga, tot capit inde nuces.

Vas quoque sepe cauum spatio distante locatur,  
 In quod missa leui nux cadat una manu.

Felix secreto quae nata est arbor in agro,  
 Et soli domino ferre tributa potest.

Non hominum strepitus audit, non illa rotarum,  
 Non à uicina puluerulenta uia est.

Illa suo, quaecunque tulit, dare dona colono,  
 Et plenos fructus annumerare potest.

At mihi maturos nunquam licet edere foetus,  
 Ante diemque, meae percutiuntur opes.

Lamina mollis adhuc, tenero est in lacte, quod intra est,  
 Nec mala sunt ulli nostra futura bono.

Et tamen inuenio, qui me iaculetur, & ictu  
 Praefestinato munus inane petat.

Si fiat rapti, fiat mensura relictæ,

Maior

Maiores domini parte uiator habet.  
 Saepe aliquis folijs ubi nuda cacumina uidit,  
 Esse putat Boreae triste furentis opus.  
 Aestibus hic, hic me spoliata frigore credit:  
 Est quoque, qui crimen grandinis esse putet.  
 At mihi nec grandio duris inuisa colonis,  
 Nec uentus \* fraudi, solue, geluue fuit.  
 Fructus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem,  
 Quaeque fuit multis, haec mihi praeda malo.  
 Praeda malo Polydore fuit tibi, praeda nefanda  
 Coniugis Aonium misit in arma uirum.  
 Hesperij regis pomaria tuta fuissent,  
 Vna sed immensas arbor habebat opes.  
 At rubus, & sentes tantummodo ledere natae,  
 Spinique uindicta caetera tuta sua est.  
 Me, quia non noceo, nec aduncis uindictor hamis,  
 Missa petunt auida saxa proterua manu.  
 Quid, si non aptas solem \* imitantibus umbras,  
 Finditur Icaro cum cane terra, darem?  
 Quid, nisi suffugium nimbos uitantibus essem,  
 Non expectata cum uenit humber aqua?  
 Omnia cum faciam, cum praestem sedula cunctis  
 Officium, saxis officiosa petor.  
 Haec mihi perpeffa, domini patianda querela est:  
 Causabor, quare sit lapidosus ager.  
 Dumque repurgat humum, collectaque saxa remittit,  
 Semper habent in me tela parata uiae.  
 Ergo inuisa alijs, uni mihi frigora prosunt,  
 Illo me tutam tempore praestat hyems.  
 Nuda quidem tunc sum, nudam tamen expedit esse,  
 Nec spoliolum de me, quod petat hostis habet.

\*damno

\*fugientibus

AA z

At si

\*munera At simul induimus nostris sua \*uelleram ramis:  
 Saxa novos fructus grandine plura petunt.  
 Forsitan hic aliquis dicat, quæ publica tangunt,  
 Carpere concessum est, hoc uia iuris habet.  
 Si licet hoc, oleas disbringite, cædite messes:  
 Improbe uicinum carpe uiator olus.  
 Intret & urbanas eadem petulantia portas,  
 Sitq; tuis muris Romule iuris idem.  
 Quilibet argentum prima de fronte tabernæ  
 Tollat, & ad gemmas quilibet alter eat.  
 Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos,  
 Et quascunque potest \*tollere, tollat opes.  
 \*tangere Sed neque tolluntur, nec, dum regit omnia Cæsar,  
 Incolumis tanto præside raptor erit.  
 \*tantum At non ille Deus pacem intra mœnia \*finit,  
 Auxilium toto sparsit in orbe suum.  
 Quid tamen hoc prodest, media si luce, palamq;  
 Verberor, & tutæ non licet esse nuci?  
 Ergo nec nidos folijs herere, nec ullam  
 Sedibus in nostris stare uidetis auem.  
 At lapis, in ramo sedit quicumque bifurco,  
 Heret, & ut capta uictor in arce manet.  
 Cætera sæpe tamen potuere admissa negari,  
 Et crimen uox est inficiata suum.  
 Nostra notat fusco digitos iniuria succo,  
 Cortice contactas inficiente manus.  
 Ille cruor meus est, illo maculata cruore  
 Non profectura dextra lauatur aqua.  
 O' ego cum longæ uenerunt tædia uitæ,  
 Optaui quoties arida facta mori.  
 Optaui quoties aut cæco turbine uerti,

Aut ualido missi fulminis igne peti.  
 Atque utinam subitæ raperent mea poma procellæ,  
 Vel possem fructus excutere ipsa meos.  
 Sic, ubi detractæ est à te tibi causa pericli,  
 Quod superest tutum Pontice Castor habes.  
 Quid mihi nunc animi est, cum sumit tela uiator,  
 Atque oculis plagæ destinat ante locum?  
 Nec uitare licet moto fera \*uulnera trunco,  
 Quem sub humo radix, uinclaq; curua tenent.  
 Corpora præbemus plagis: ut sæpe sagittis,  
 Cum populus manicas deposuisse uetat:  
 Ut uæ grauem \*pauida est ubi tolli uacca securim,  
 Aut stringi cultros in sua colla uidet.  
 Sæpe meas frondes uento tremuisse putastis,  
 Sed metus in nobis causa tremoris erat.  
 Si merui, uideorq; nocens, excidite ferro,  
 Nostraq; fumosis write membra focis.  
 Si merui, uideorq; nocens, imponite flammæ,  
 Et liceat miseræ dedecus esse semel.  
 Si nec cur urar, nec cur excidar habetis,  
 Parcite, sic cœptum perficiatis iter.

FINIS.

DE MEDICAMINE FACIEI  
ELEGIA.

Scite quæ faciem commendet cura puellæ,  
 Et quo sit uobis cura tuenda modo.  
 Cultus humum quondam Cerealia pende-  
 re iussit  
 Munera, mordaces interiere rubi.

Cultus &amp; in pomis succos emendat acerbos,

Fissaq; adoptiuas accipit arbor opes.  
 Culta placent, auro sublimia tecta linuntur:  
 Nigra sub imposto marmore terra latet.  
 Vellera sepe eadem Tyrio medicantur ahenis,  
 Sectile delicijs India prebet ebur.  
 Forsitan antiquæ Tatio sub rege Sabinæ  
 Maluerint, quam se, rura paterna coli.  
 Cum matrona premens altum rubicunda sedite,  
 Assiduo durum pollice nebat opus.  
 Ipsaq; clauderat, quos filia pauerat, agnos,  
 \*foco Ipsa dabat uirgas, castiq; ligna \*focis.  
 At uestræ teneras matres peperere puellas,  
 Vultis in aurata corpora ueste tegi.  
 \*odoratos Vultis \*adornatos positu uariare capillos,  
 Conspicuas gemmis uultis habere manus.  
 Induitis collo lapides Oriente petitos,  
 Et quantos onus est aure tulisse duos.  
 Nec tamen indignum si uobis cura placendi,  
 Cum comptos habeant secula nostra uiros.  
 Fœminea uestri potiuntur lege mariti,  
 Et uix ad cultus nupta, quod addat, habet.  
 Per se queeque paret, & quos uenetur amores  
 Refert: munditia crimina nulla meret.  
 Rure latent, finguntq; comas, licet arduus illas  
 Celet Athos, cultas altus habebit Athos.  
 Est etiam placuisse sibi quecunque uoluptas,  
 Virginibus cordi, grataq; forma sua est.  
 Laudatas homini uolucris iunonia pennas  
 Explicat, & forma multa superbit auis.  
 Sic potius nos urget amor, quam fortibus herbis,  
 Quas maga terribili subsecat arte manus.

Nec uos graminibus, nec misto credite succo,  
 Nec tentate nocens uirus amantis equæ.  
 Nec mediæ Marsis finduntur cantibus angues,  
 Nec redit in fontes unda supina suos.  
 Et quamuis aliquis Temesæa remouerit æra,  
 Nunquam Luna suis excutietur equis.  
 Prima sit in uobis morum tutela: puellæ  
 Ingenio facile conciliante placent.  
 Certus amor morum est, formam populabitur ætas,  
 Et placitus rugis uultus aratus erit.  
 Tempus erit, quo uos speculum uidisse pigebit,  
 Et ueniet rugis altera causa dolor.  
 Sufficit, & longum probitas perdurat in æuum,  
 Perq; suos annos hinc bene pendet amor.  
 Discite, cum teneros somnus dimiserit artus,  
 Candida quo possint ora nitere modo.  
 Ordea, quæ Libyci ratibus misere coloni,  
 Exue de palea, tegminibusq; suis.  
 Par erui mensura, decem madafiat ab ouis,  
 Sed cumulent libras ordea nuda duas.  
 Hæc ubi uentosas fuerint siccata per auras,  
 Lenta iube scabra frangat asella mola.  
 Et quæ prima cadent uiuaci cornua ceruo  
 Contere in hac solida sexta face asis eat.  
 Namque ubi puluereæ fuerint confusa farineæ,  
 Protinus in numeris omnia cerne suis.  
 Adijce narcissi bis sex sine cortice bulbos,  
 Strenua quos puro marmore dextra terat.  
 Sextantemq; \* terat gummu cum semine Thusco,  
 Et nouies tanto plus tibi mellis eat.  
 Quecunque afficiet tali medicamine uultum,  
 \*trahat

Fulgebit speculo leuior ipsa suo.

\*nudare Nec tu pallentes dubita \* præbere lupinos:

Et simul instantis corpora finge feræ.

Vtraque sex habeant æquo discrimine libras,

Vtraque da nigris comminuenda molis.

Nec cerusa tibi nec nitri spuma rubentis

Desit, & Illyrica quæ uenit iris humo.

Da pariter iuuenum ualidis subigenda lacertis,

Sed iustum tritis uncia pondus erit.

Addita da quærolo uolucrum medicamina nido,

Ore fugant maculas, Hælyoncea uocant.

Pondere si quæris quo sum contentus in illis:

Quod trahit in partes uncia sexta duas.

Vt coëant, apteq; lini per corpora possint,

Adijce de stauis Attica mella fauis.

Quamuis thura deos, irataq; numina placent,

Non tamen accensis omnia danda focis.

\*corpora Thus ubi miscueris radenti \* tubera nitro,

Ponderibus iustis fac sit utrunque trahens.

Parte minus quarta direptum cortice gummi,

Et modicum è myrrhis pinguibus adde cibum.

Hæc ubi contrieris, per densa foramina cerne:

Puluis ab infuso melle premendus erit.

Profuit & marathos bene olentibus addere myrrhis,

Quinque parent marathi scrupula, myrrha nouem.

Arentisq; rosæ quantum manus unaprehendat,

Cumq; amoniaco mascula thura sale.

Ordea quem faciunt illis infunde cremorem,

Acquent expensas cum sale thura rosas.

Tempore sit paruo mulier licet illita uultum,

Hærcbit toto nullus in ore color.

Vidi

Vidi quæ gelida madefacta papauer a lympha  
Contereret, teneris illineretq; genis.

FINIS.

DE PVLICE ELEGIA, QVAM

satis constat non esse Ouidij, nec cuiusquam eruditioris.

**P**Arue pulex, & amara lues, inimica puellis,  
Carmine quo fungar in tua facta ferox?  
Tu laceras corpus tenerum durissime morsu.

Cuius cum fuerit plena cruore cutis,

Emittis maculas nigro de corpore fuscas

Leuia membra quibus commaculata rigent.

Cumq; tuum lateri rostrum defigis acutum,

Cogitur è somno surgere uirgo graui.

Perq; sinus erras: tibi peruia cætera membra:

Is quocunque placet, nil tibi seue latet.

Ah piget, & dicam, cum strata puella recumbit,

Tu femur auellis, cruraq; aperta subis.

Ausus es interdum per membra libidinis ire,

Et turbare locis gaudia nata suis.

Dispercam, nisi iam cupiam fieri meus hostis,

Promptior ut fieret ad mea uota uia.

Si sineret natura mihi, quouerterer in te,

Et quod sum natus, posse redire daret:

Vel si carminibus possem mutarier ullis,

Carmine fierem ad mea uota pulex.

Aut medicaminibus, si plus medicamina possunt,

Vellem naturæ iura nouare meæ.

Carmina Medæ, uel quid medicamina Circes

AA 5

Cont



Contulerint, res est notificata satis.  
 His ego mutatus, si sic mutabilis essem,  
 Hererem in tunicae margine uirginæ.  
 Inde means per crura mea sub ueste puellæ,  
 Ad loca, quæ uellem, me citò surriperem.  
 Cumq; illa dudum ledens nil ipse cubarem,  
 Donec de pulice rursus homo fierem.  
 Sed si fortè nouis uirgo perterrita monstris  
 Exciret famulos ad mea uincla suos,  
 Aut tentata meis precibus succumberet illa,  
 Aut mox ex homine uerterer in pulicem,  
 Rursus mutatus, fundensq; precamina mille,  
 Afferrem cunctos in mea uota Deos.

\*Dum bona <sup>\*illam dum</sup> precibus, uel ui superator haberem,  
 uel precibus, Et iam nil mallet, quàm sibi me socium.  
 uel ui, spera-  
 ta tenerem

FINIS.

DE PHILOMELA ELEGIA.  
 NEC EA QUIDEM  
 OUIDII.

**D**ulcis amica ueni noctis solatia præstans,  
 Inter aues etenim nulla tibi similis.  
 Tu Philomela potes uocum discrimina mille,  
 Mille potes uarios ipsa referre modos.  
 Nam, quamuis aliæ uolucres modulamina tentent,  
 Nulla potest modulis æquiualeere tuis.  
 Insuper est auium spatij garrire diurnis,  
 Tu cantare simul nocte, dieq; potes.  
 Parus enim quamuis per noctem tinninet omnem,  
 At sua uox nulli iure placere potest.  
 Dulce Palara sonat, quam dicunt nomine Dròstam,

Sed fugiente die nempe quieta silet.  
 Et Merulus modulans tam pulchris concinit odis,  
 Nocte ruente tamen carmina nulla canit.  
 Vere calente nouos componit Acredula cantus  
 Matutinali tempore tunc nutilans.  
 Dum Turdus trutilat, Sturnus tunc pifitat ore,  
 Sed quod mane canunt uespere non recolunt.  
 Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anser,  
 Et castus turtur, atque columba gemunt.  
 Plausitat arborea clamans de fronde palumbes,  
 In fluuijsq; natans sorte tetrinit anas.  
 Grus gruit, inq; glomis cycni prope flumina drensant.  
 Accipiter pipat, miluus hiansq; lipit.  
 Cucurrere solet gallus, gallina gracillat:  
 Pupillat p. auo, trinsat hirundo uaga.  
 Dum clangunt aquilæ, uultur pulpate probatur,  
 Et crocitat coruus, graculus at frigulat.  
 Gloriat immenso de turre ciconia rostro,  
 Pesimus at passer tristia flendo \*rapit.  
 Psitacus humanas depromit uoce loquelas,  
 Atque suo domino xæge, ualeq; sonat.  
 Pica loquax uarias modulatur guttute uoces,  
 Scurriliter strepitu quicquid & audit, ait.  
 Et cuculi cuculant, fritimit rauca cicada,  
 Bombilat ore legens munera mellis apes.  
 Bubulat horrendum ferali carmine bubo,  
 Humano generi tristia fata ferens.  
 Strix nocturna sonans, & uespertilio stridunt,  
 Noctua lucifuga cucubat in tenebris.  
 Ast ululant ululæ lugubri uoce canentes.  
 Inq; paludiferis butio bubit aquis.

\*pipit

Sed

Regni

Regulus, atque Merops, & rubro pectore Progne  
 Consimili modulo zinzilulare sciunt.  
 Scribere me uoces auium Philomela coëgit,  
 Quæ cantu cunctas exuperat uolucres.  
 Sed iam quadrupedum fari discrimina uocum  
 Nemine cogente nunc ego sponte sequar.  
 Tigrides indomitæ rancant, rugiuntq; leones,  
 Panther caurit amans, pardus hiando felit.  
 Dum lynces orcando fremunt, ursus ferus uncat,  
 Ast lupus ipse ululat, frendet agrestis aper.  
 Et barrus barrit, cerui glocitant, & onagri,  
 Ast taurus mugit, & celer hinnit equus.  
 Quiritat uerres, tardus rudit, oncat a fellus.  
 Blacterat hinc aries, & pia balat ouis.  
 Sordida sus pascens ruris per gramina grunnit.  
 At mutire capris hirce petulce soles.  
 Rite canis latrat, fallax uulpecula gannit,  
 Glaucitat & catulus, at lepores uagiunt.  
 Mus auidus mintrat, uelox mustellaq; dintrit,  
 Et grillus grillat, desticat inde forex.  
 Ecce uenenosus serpendo sibilat anguis,  
 Garrula limosis rana coaxat aquis.  
 Has uolucrum uoces descripsi, quadrupedumq;  
 Quas natura illis grata parens tribuit.  
 Sed cunctas species animantium nemo notauit,  
 Atque sonos, ideo dicere quis poterit?  
 Cuncta suo domino depromunt munera laudum,  
 Seu semper sileant, siue sonare queant.

FINIS.

FRAGMENTVM OUIDII  
 NASONIS REPERTVM  
 NVPER IN VETVSTIS-  
 SIMO CODICE EX  
 EPIGRAMMA-  
 TIS.

Nox erat, & somnus lassos submisit ocellos,  
 Terruerant animum talia uisa meum.  
 Colle sub aprico celeberrimus ilice lucus  
 Stabat, & in ramis multa latebat auis.  
 Area gramineo suberat uiridissima prato,  
 Humida de guttis lenè sonantis aquæ.  
 Ipse sub arboreis uitabam frondibus æstum,  
 Fronde sub arborea sed tamen æstus erat.  
 Ecce petens uarijs immistas floribus herbas,  
 Constitit ante oculos candida uacca meos.  
 Candidior niuibus, tunc cùm cecidere recentes,  
 Inliquidas nondum quas mora uertit aquas.  
 Candidior quod adhuc spumis stridentibus albet,  
 Et modò siccata lacte relinquit ouem.  
 Taurus erat comes huic, feliciter ille maritus  
 Cùmq; sua teneram coniuge pressit humum.  
 Dum iacet, & lentè reuocatas ruminat herbas,  
 Atque iterum pasto paschitur antè cibo,  
 Visus erat somno uires adimente ferendi  
 Cornigerum terra deposuisse caput.  
 Huc leuibus cornix pennis delapsa per aur as  
 Venit, & in uiridi garrula sedit humo.  
 Terq; bouis niuæ petulanti pectora rostro  
 Fodit, & albentes abstulit ore notas.  
 Illa locum, taurumq; diu cunctata reliquit,

Sed

Sed niger in uacca pectore liuor erat.  
 Vtq; procul uidit carpentes pabula tauros  
 (Carpebant tauri pabula leta procul)  
 Illuc se rapuit, gregibusq; immiscuit illis,  
 Et petijt herbae fertillioris opem.  
 Dic age nocturnae quicunque es imaginis augur,  
 Siquid habent ueri, uisa quid ista ferant.  
 Sic ego. Nocturnae sic dixit imaginis augur,  
 Excudens animo singula dicta suo:  
 Quem tu mobilibus folijs uitare solebas,  
 Sed male uitabas, aetius amoris erat.  
 Vacca puella tua est, aptus color ille puellae:  
 Tu uir, & in uacca compare taurus eras.  
 Pectora quod rostro cornix fodiebat acuto,  
 Ingenium dominae leua mouebat anus.  
 Quod cunctata diu taurum sua uacca reliquit,  
 Frigidus in uiduo destituere toro.  
 Liuor, & aduerso macula sub pectore nigrae,  
 Pectus adulterij labe carere negant.  
 Dixerat interpretes, gelido mihi sanguis ab ore  
 Fugit, & ante oculos nox stetit alta meos.

EIVSD

EIVSDEM EX EPIGRAM-  
MATIS.

Quantum Vergilius magno concessit Homero,  
 Tantum ego Vergilio Naso poeta meo.  
 Nec me prelatum cupio tibi ferre poetam:  
 Ingenio si te subsequor, hoc satis est.  
 Argumenta quidem librorum prima notauit,  
 Errorem ignarus nequis habere queat.  
 Bis quinos feci legerent quo carmine uersus,  
 Aeneidos totum corpus ut esse putent.  
 Affirmans grauitate mea, me carmine nullo  
 Liuore \* titulum praeposuisse tibi.

\*huncti.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus,  
 Aeneas odio Iunonis pressus iniquo,  
 Italiam querens Siculis errabat in undis,  
 Naufragus: & tandem Libycas dimissus ad oras,  
 Ignarusq; loci fido comitatus Achate,  
 Indicio matris regnum cognouit Elyssae.  
 Quinetiam nebula septus peruenit ad urbem.  
 Abreptos undis socios cum classe recepit,  
 Hospitioq; usus \* Didonis per cuncta benignae  
 Excidium Troiae iussus narrare parabat.

\*Didus

FINIS.

AD PISONEM, AD  
 QUEM EXTAT ET HORA-  
 TII ARS POETICA.



INDE prius cepti surgat mihi carminis  
 ordo,

Quos uel canam titulos, dubius feror: hinc  
 tua Piso

Nobilitas, ueterisq; citant sublimia Calpi

Nomina, Romanas inter fulgentia gentes.

Hinc tua me uirtus rapit, & miranda per omnes

Vita modos, quæ si deesset tibi sorte creato

Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.

Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis

Atria, quid pleni numerofo consule fasti,

Profuerint, si uita labat: perit omnis in illo

Gentis honos, cuius latus est in origine sola.

At tu qui tantis animum natalibus æquas,

Et partem tituli non summam ponis in illis,

Ipsæ canendus eris: nam quid memorare necesse est,

Vt domus à Calpo nomen Calphurnia ducat:

Claraq; Pisonis tulerit cognomina prima

Humida callosa cum pinseret hordea dextra?

Nec si cuncta uelim, breuiter decurrere possim:

Et prius æthereas molles circumuaga flammæ

Annua bissems reuocabit mensibus astra,

Quam mihi prisorum titulos, operosaq; bella

Contigerit memorare: manus sed bellica patrum

Armorumq; labor, ueteres docuere Quirites,

Atque illos cecinere sui per carmina uates.

Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem,

Ex. 29

Exequamus auis: nec enim si bella quierunt

Occidit & uirtus, licet exercere togatæ

Munera militiæ, licet & sine sanguinis haustu

Mitia legitimo sub iudice bella mouere.

Hic quoque seruati continget gloria ciuis,

Altaq; uictricis intexunt limina palmæ.

Quin agere maiorum iuuenis facunde tuorum,

Scande super titulos, & auitæ laudis honores,

Armorumq; decus præcede forensibus actis.

Sic etiam magnæ iam tunc Cicerone iuuentæ

Laurea facundis cesserunt arma togatis.

Sed quæ Pisonum claros uisura triumphos

Olim turba uias impleuerat agmine denso,

Ardua nunc eadem stipat fora, cum tua mæstos

Defensura reos uocem facundia mittit.

Seu trepidos ad iura decem citat hasta uirorum,

Et firmare iubet centeno iudice causas:

Seu capitale nephas operosa diluis arte

Laudibus ipsa tuis resonant fora \* dura Piso. Nam

Iudicis affectum, possessaq; pectora tentas,

Victus sponte sua sequitur quocumque uocasti,

Flet si flere libet, gaudet gaudere coactus,

Et te dante capit iudex, si non habet, iram.

Sic auriga solet feruentia Thessalus ora

Mobilibus frenis in aperto flectere campo:

Qui modò non solum rapido permittit habenas

\* Quadrupedi, sed calce citat, modò torquet in auras

Flexibiles riçtus, & nunc ceruice rotata

Incipit effusus in gyrum carpere cursus.

Quis non attonitus iudex tua respicit ora?

Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera mentem?

BB

NAM

\*namque  
 ubi Piso.

Nam tu siue libet pariter cum grandine nimbos,  
 Densaq; uibrata iaculari fulmina lingua,  
 Seu iuuat astrictas in nodum cogere uoces,  
 Et dare subtili uiuacia uerba catena,  
 Vim Laërtiadae breuitatem uincis Atridae.  
 Dulci seu maui, liquidoq; fluentia cursu  
 Verba, nec in cluso sed aperto pingere flore,  
 Incluta Nestorei cedit tibi gratia mellis.  
 Nec te Piso tamen populo sub iudice sola  
 Mirantur fora, sed numerosa laude senatus  
 Excipit, & meritas reddit tibi curia uoces.  
 Quis digne referat, qualis tibi luce sub illa  
 Gloria contigerit, qua tu retinente senatu  
 Cum tua bis senos numeraret purpura fasces,  
 Cesareum grato cecinisti pectore numen?  
 Quod si iam ualida mihi robur mentis inesset,  
 Et solidus primos impletet spiritus annos,  
 Aude rem uoces per carmina nostra referre  
 Pison tuas, sed fessa labat mihi pondere ceruix,  
 Et tremefacta cadunt succiso poplite membra:  
 Sic nec olorinos audet Pandionis ales  
 Parua referre sonos, nec si uelit improba, possit.  
 Sic & \* Hedionia superantur uoce cicadae,  
 Stridula cum rapido faciunt conuitia soli.  
 Quare age Calliope posita grauitate forensi,  
 Limina Pisonis mecum pete, plura supersunt,  
 Quae laudare uelis, inuenta penatibus ipsis.  
 Huc etiam tota concurrit ab urbe iuuentus,  
 Auditura uirum, si quando iudice fesso  
 Turbida pro latis tacuerunt iurgia rebus.  
 Tunc etenim leuibus ueluti proludit in armis,

\* Aëdania

Compositusq; suas exercet litibus artes:  
 Quinctiam facilis Romano profluit ore  
 Græcia, Cecropioq; sonat grauis æmulus urbi.  
 Testis Acidalia quæ condidit alite muros,  
 Euboicam referens foecunda Neapolis arcem.  
 Qualis iò superi, qualis nitor oris amœnis  
 Vocibus: hinc solido fulgore micantia uerba  
 Impleuere locos, hinc exornata figuris  
 Aduolat, excusso uelox sententia torno.  
 Magna quidem uirtus erat, & si sola fuisset,  
 Eloquio sanctum modò perfulgire senatum,  
 Exonerare pios modò, nunc onerare nocentes,  
 Sed super ista, mouet plenus grauitate serena  
 Vultus, & insignis præstringit imagine uisus.  
 Talis inest habitus, qualem nec dicere mœstum,  
 Nec fluidum, leta sed tetricitate decorum  
 Possumus: ingenitæ stat nobilitatis in illo  
 Pulcher honos, & digna suis natalibus ora.  
 Additur huc & iusta fides, & plena pudoris  
 Libertas, animusq; mala ferrugine purus,  
 Ipsaq; possessio mens est opulentior auro.  
 Quis tua cultorum iuuenis facunde tuorum  
 Limina pauper adit, quem non animosa beatum  
 Excipit, & subito iuuat indulgentia censu?  
 Quodq; magis dono fuerit pretiosius omni,  
 Diligit ex æquo, nec te fortuna colentum,  
 Natales ue mouent, probitas spectatur in illis.  
 Nulla superbiorum patiuntur dicta iocorum,  
 Nullius subitò adfert iniuria risus.  
 Vnus amicitiae summos tenor ambit & imos.  
 Rara domus tenuem non aspernatur amicum,

Composit

BB 2

Raraq;

Raraq; non humilem calcat fastosa clientem.  
 Illic casta licet mens, & sine crimine constet  
 Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit.  
 Sed lateri nullus comitem circumdare querit,  
 Quem dat purus amor: sed quem tulit impia merces:  
 Nec quisquam uero pretium largitur amico,  
 Quem regat ex æquo, uicibusq; regatur ab illo:  
 Sed miserum parua stipe fœcilat, ut pudibundus  
 Exercere sales inter conuiuia possit.  
 Ipse procul lior, procul hæc fortuna refugit  
 Piso tuam uenerande domum: tu mitis, & acri  
 Asperitate carens, positusq; per omnia fastu,  
 Inter ut æquales unus numeraris amicos,  
 Obsequiumq; doces, & amorem quæris amando.  
 Cuncta domus uaria cultorum personat arte,  
 Cuncta mouet studium: nec enim tibi dura clientum.  
 Turba, rudis uel placet, misero quæ freta labore  
 Nil nisi summoto nouit præcedere uulgo.  
 Sed uirtus numerosa iuuat, tu pronus in omne  
 Pectora ducis opus, seu te grauiora uocarunt,  
 Seu leuiora iuuant: nec enim faciundia semper  
 Adducta cum fronte placet, non semper in armis.  
 Bellica turba manet, nec tota clâssicus horror  
 Nocte dieq; gemit, non semper Gnosius arcus  
 Destinât, exempto sed laxat cornua neruo:  
 Et galea miles caput, & latus ense resoluit.  
 Ipsa uices natura subit, uariataq; cursus  
 Ordinât, inuersis & frondibus explicat annum.  
 Non semper fluidis adopertus nubibus æther  
 Aurea terrificis obcæcat sydera nimbis.  
 Cessât hyems, malidos & siccât uere capillos,

Ver fugit æstates, æstatum terga læcessit  
 Pomifer autumnus, \*nubibus cessurus & undis.  
 Ignea quinetiam superum pater arma recondit,  
 Et Ganymedæe reptens conuiuia mense,  
 Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.  
 Temporibus seruire decet: qui tempora certis  
 Ponderibus pensauit, eum si bella uocabunt,  
 Miles erit: si pax, positus toga gestict armis:  
 Hunc fora pacatum, bellantem castra docebunt.  
 Felix illa dies, totumq; canenda per æuum,  
 Quæ tibi uitales cum primùm traderet auras,  
 Contulit innumeras intra tua pectora dotes.  
 Mira subest grauitas inter fora, mirus omiffa  
 Paulisper grauitate lepos: si carmina forte  
 Nectere ludenti uiuit fluitantia uersu,  
 Aonium facilis deducit pagina carmen.  
 Siue chelyn digitis, & eburno uerberere pulsas,  
 Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus:  
 Et te credibile est Phœbo didicisse magistro.  
 Nec pudeat pepulisse lyram, cum pace serena  
 Publica securis exultent otia terris.  
 Nec pudeat Phœbea chelys, si creditur illis  
 Pulsari manibus, quibus & contenditur arcus.  
 Sic mouisse fides sæuus narratur Achilles,  
 Quamuis mille rates Priameius ureret heros,  
 Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.  
 Illo dulce melos Nereius extudit heros  
 Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem.  
 Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,  
 Inq; gradum clausis libuit consistere membris,  
 Et uitare simul, simul & captare petentem,

Mobilitate pedum celeres super orbibus orbem  
 Plectis, & obliquis fugientem cursibus urges.  
 Nunc quoque iuuaci scrutaris pectora dextra,  
 Nunc latus aduersum nec opinio percuit ictu,  
 Nec tibi mobilitas minor est, si forte uolantem  
 Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,  
 Et non sperato fugientem reddere gestu.  
 Hæret in hæc populus spectacula, totaq; ludos  
 Turbare repente suos iam sudabunda relinquit.  
 Te si forte iuuat studiorum pondere fessum  
 Non languere tamen, lusq; mouere per artem,  
 Callidior modo tabula uariatur aperta  
 Calculus, & uitreo peraguntur milite bella:  
 Ut niueus nigros, nunc & niger alliget albos.  
 Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cecit  
 Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?  
 Mille modis acies tua dimicat, ille petentem  
 Dum fugit ipse rapit, longo uenit ille recessu.  
 Qui stetit in speculis, hic se committere rixæ  
 Audet, & in prædam uenientem decipit hostem.  
 Ancipites subit ille moras, similisq; ligato  
 Obligat ipse duos, hic ad maiora mouetur,  
 Ut citus & fracta prorumpat in agmina mandra,  
 Clausaq; deiecto populetur moenia uallo.  
 Interea sectis, quamuis acerrima surgant  
 Prælia, militibus plena tamen ipse phanlange,  
 Aut etiam pauco spoliata milite uincis,  
 Et tibi captiua resonat manus utraque turba.  
 Sed prius emenso Titan uerfetur Olympo,  
 Quam mea tot laudes decurrere carmina possint.  
 Felix, & longa iuuenis dignissime uita,

Eximiumq; tuæ gentis decus, accipe nostri  
 Certus ut hoc ueri complectere pignus amoris.  
 Quod si digna tua minus est mea pagina laude,  
 At uoluisse sat est. animum noi carmina iacto.  
 Tu modo lætus ades, forsitan meliora canemus:  
 Et uires dabit ipse fauor, dabit ipsa feracem  
 Spes animum: dignare tuos aperire penates,  
 Hoc solum petimus: nec enim me diuitis auri  
 Imperiosa fames, & habendi seua libido  
 Impulerant, sed laudis amor. iuuat optime tecum  
 Degere, cumq; tuis uirtutibus omne per æuum  
 Carminibus certare meis: sublim. or ibo,  
 Si famæ mihi pandis iter, si detrahis umbram.  
 Abdita quid prodest generosi uena metalli,  
 Si cultore caret? quid inertis condita portu,  
 Si ductoris eget, ratis efficit? omnia quamuis  
 Armamenta gerat, teretiq; fluentia malo  
 Possit & excusso dimittere uela rudente?  
 Ipse per Ausonias Aencia carmina gentes  
 Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat olympum,  
 Mæoniumq; senem Romano prouocat ore,  
 Forsitan illius nemoris latuisset in umbra  
 Quod canit, & sterili tantum cantasset auena,  
 Ignotus populis, si Meccenate careret:  
 Qui tamen haud uni patefcit limina uati,  
 Nec sua Vergilio permisit numina soli.  
 Meccenas tragico quatientem pulpita \* cæstu  
 Erexit Varum. Meccenas alta tonantis  
 Bruit, & populis ostendit nomina Graijs,  
 Carmina Romanis etiam resonantia chordis,  
 Ausoniamq; chelyn gracilis patefcit Arati.

\*gestu

O' decus in totum meritò uenerabilis æuum,  
Pierij tutela chori, quo præfide tuti  
Non unquam uates inopi timuere senectæ.

Quòd si quis nostris precibus locus, & mea uota  
Si mentem subiere tuam, memorabilis olim  
Tu mihi Mecœnas tereti cantabere uersu:  
Possumus æternæ nomen committere famæ.

Si tamen hoc ulli de se promittere fas est,  
Et Deus \* ultor abest, superest animosa uoluntas,

Ipsaq; nescio quid mens excellentius audet.  
Tu nanti protende manum, tu Piso latentem  
Exere, nos humilis domus, & sincera parentum,  
Sed tenuis fortuna sua caligine celat.

Possumus impositis caput exonerare tenebris,  
Et lucem spectare nouam, si quid modò letus  
Annuis, & nostris subscribis candidè uotis.

Est mihi, crede, meis animus constantior annis,  
Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas

\* ætas Cœperit, & nondum uicesima uenerit \* ætas.

FINIS.

P. OUIDII NASONIS  
HALIEVTICA.

\*

\*

Accepit mundus legem, dedit arma per omnes,  
Admonuitq; sui uitulus sic nanque minaci  
Qui nondum gerit in tenera iam cornua fronte,  
Sic damæ fugiunt, pugnant uirtute leones,  
Et morsu canis, & caudæ sic scorpius ictu:  
Concussisq; leuis pennis sic euolat ales.  
Omnibus ignotæ mortis timor, omnibus hostem,

Præsi

Præsidiumq; datum sentire, & noscere teli  
Vimq; modumq; sui. sic & scarus arte sub undis,  
Sin \*

Decidit, assumptamq; dolo tandem pauet escam:  
Non audet radijs obnixæ occurrere fronte,  
Auersus crebro ueniens sub uerberere caudæ,  
Laxans subsequitur, tutumq; euadit in æquor.

\* Quin etiam si fortè aliquis dampus nataret  
Mitis luctantem Scarus hunc in uimine uidit  
Auersi caudam morsu tenet atque \*

\* nato quem textitq; resulet \*

Sepia tarda fugæ, tenuisq; cum fortè sub unda  
Deprensa est, iamiamq; manus timet illa rapaceis,  
Inficiens æquor nigrum uomit illa cruorem,  
Auertitq; uices, oculos frustrata sequentes.

Clausus rete Lupus quamuis immanis, & acer  
\* Dimotis cauda submissus sedet armis in austri  
Emicat, atque dolos saltu diludit inultus.

Et Muræna ferrox teretis sibi conscia tergi,  
At laxata magis conuersa foramina retis,  
Tandem per multos euadit lubrica flexus,  
Exemploq; nocet, cunctis interuenit una.

At contra scopulis crinali corpore segnis  
Polypus hæret, & hac cludit retia fraude,  
Et sub lege loci sumit, mutatq; colorem,  
Semper ei similis quem contigit. atque ubi prædam  
Pendentem retis audius rapit, hic quoque fallit  
Elato calamo, cum demum emersus in auras  
Brachia dissoluit, populatumq; expuit hamum.  
At Mugil cauda pendentem euerberat escam,  
Excussamq; legit. Lupus acri concitus ira,

BB 5

Discur



Discursu fertur uario, fluctusq; ferentes  
 Prosequitur, quassatq; caput, dum uulnere seuus  
 Laxato cadat hamus, & ora patentia linquat.  
 Nec proprias uires nescit Muræna nocendi:  
 Auxilioq; sibi, morsu nec eo minus acri  
 Deficit, aut animos ponit captiua munaceis.  
 Anthias his tergo, quæ non uidet, utitur armis,  
 Vim spinæ nouitq; suæ, uersuq; supinus  
 Corpore lina secat, fixumq; inter cipit hamum  
 Cætera quæ densas habitant animalia syluas,  
 Aut uani quatiunt semper lymphata timores,  
 Aut trahit in præceps non sana ferocis mentis.  
 Ipsa sequi natura monet, uel comminus ire,  
 Impiger & telo uenatum sternere pergit  
 Agmina, & aduersis infert sua pectora telis.  
 Quoq; uenit, fidens magis, & sublatis ardet,  
 Concusitq; toros, & uiribus addidit iram:  
 Prodidit, atque suo properat sibi robore lectum.  
 Fœdus Lucanis prouoluitur Versus ab antris,  
 Quid nisi pondus iners, stolidæq; ferocia mentis?  
 Actus Aper setis iram denuntiat hirtis:  
 Et ruit, oppositi nitens in uulnera ferri,  
 Pressus & emisso moritur per uiscera telo.  
 Altera pars fidens pedibus, dat terga sequenti,  
 Vt pauidi Lepores, ut fuluo tergore Damæ,  
 Et capto fugiens Ceruus sine fine timore.  
 Ipsa sequi natura docet, uel comminus ire.  
 Hic generosus honos, & gloria maior Equorum,  
 Nam capiunt animis palmam, gaudentq; triumpho,  
 Seu septem spatij circo meruere coronam,  
 Nonne uides uictor quanto sublimius altum

Attollat

Attollat caput, & uulgi se uenditet auræ?  
 Celsa uel cum cæso decoratur Leone  
 Quam tumidus, quantoq; uenit spectabilis actu  
 \*Compescatq; solum generoso concita pulsu  
 Ungula sub spolijs grauiter redeuntis opimis.  
 Quæ laus prima canum, quibus est audacia præceps,  
 Venandiq; sagax uirtus, uiresq; sequendi.  
 Quæ nunc elatis rimantur naribus auras,  
 Et nunc demisso quærunt uestigia rostro,  
 Et produnt clamore feram: dominumq; uocando,  
 Increpitant, quem si collatis effugit armis,  
 Insequitur tumulosq; canis, camposq; per omnes.  
 Noster in arte labor positus, spes omnis in illa.  
 Nec tamen in medias pelagi te pergere sedes  
 Admoneam, uasti q; maris tentare profundum.  
 Inter utrunque loci melius moderabere finem:  
 Aspera num saxis loca sint: nam talia lentos  
 Deposcunt calamos: at purum retia littus.  
 Num mons horrentes demittat celsior umbras  
 In mare: nam uarie quidam fugiuntq; petuntq;.  
 Num uada subnatis imo uiridentur ab herbis

\*  
 Oblectetq; moras, & molli seruiat algæ.  
 Descripsit sedes uarias natura profundi:  
 Nec cunctos unâ uoluit consistere pisces.  
 Nam gaudent pelago, quales Scombricq;, Boiesq;,  
 Hippuri celeres, & nigro tergore Milui,  
 Et pretiosus Helops nostris incognitus undis,  
 Ac durus Xiphias, ictu non mitior ensis,  
 Et pauidi magno fugientes agmine Tunni.  
 Parua Echeneis adest, mirum, mora puppibus ingens:

Tuq;

Tuq; comes ratiū, tractiq; per æquora sulci  
 Qui semper spūmas sequeris Pompilē nitentes,  
 Cercyrosq; ferox scopulorum sine moratus,  
 Cantharus ingratus succo, tum concolor illi  
 Orphas, cæruleaq; rubens Erithinus in unda,  
 Insignis Sargusq; notis insignis & alis,  
 Et super aurata Sparulus ceruice refulgens,  
 Et rutilus Pagur, & fului Synodontes, & ex se  
 Concipiens Chamne gemino fraudata parente.  
 Tum uiridis squamis paruo saxatilis ore,  
 Et rarus faber, & pictæ Mormyres, & auri  
 Chrysophrys imitata decus, tum corporis umbræ  
 Liuentis rapidiq; Lupi, Perceq; Tragiq;  
 Quin laude insignis caudæ Melanurus, & ardens  
 Auratis Muræna notis, Meruleq; uirentes,  
 Immutisq; suæ Conger per uulnera gentis,  
 Et capitis duro nociturus Scorpius ictu.  
 Ac nunquam æstiuo conspectus sidere Glaucus.  
 At contra herbosa pisces laxantur harena,  
 Vt Scarus, epastas solus qui ruminat escas,  
 \* Fœcundumq; genus Menerelamirosq; Smarisq;  
 Atque immunda Chromis, merito uilissima Salpa.  
 Atque auium dulces nidos imitata sub undis,  
 Et squalus tenui suffusus sanguine Mullus,  
 Fulgentes Soleæ candore, & concolor illis  
 Passer, & Adriaco mirandus littore Rhombus,  
 Tunc Epodes lati, tum molles tergore Ranæ.  
 Extremi pas. \*

Lubricus & spina nocuus non Goniuis ulla,

Et nigrum niueo portans in corpore uirus  
 Lolligo, duriq; Sues, sinuasaq; cess\*  
 Et tam deformi non dignus nomine Asellus.  
 Tuq; peregrinis Acipenser nobilis undis.

Deerant non admodum multa in eo exemplari consumpta  
penitus uetustate.

Plin. lib. x x x i i cap. ultimo.

His adijciemus apud Ouidium posita nomina, quæ apud ne-  
 minem alium reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascuntur,  
 ubi id uolumen supremis suis temporibus inchoauit. Idem  
 lib. x x x i i. cap. secundo: Mihi uidentur mira & quæ  
 Ouidius prodidit piscium ingentia in eo uolumine, quod Ha-  
 lieuticon inscribitur.



Statut 1 v  
possit u

nis v

**F**

nam

ad

et

de

quod

facit n

et

non v

et

ma

et

ad

ad

et

non

et

tuto.

et

et

et

et

et

et

et

et

et

